

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Dissertatio Symbolico Theologica Ad Art. IV. Aug.  
Confess. De Justificatione, Qvam ... Collegio Theol. In  
Inclyta Rostochiensium Academia,**

**Engelken, Heinrich Askan**

**Rostochii, [1711?]**

**VD18 13121901**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17159**

I. N. J.  
DISSERTATIO  
**SYMBOLICO THEOLOGICA**  
*AD ART. IV. AUG. CONFESS.*  
DE  
**JUSTIFICATI<sup>ON</sup>E,**

*QVAM*  
APPROBANTE SUMME REVER. COLLEGIO THEOL.  
IN INCLITA ROSTOCHIENSUM ACADEMIA,  
PRÆSIDE.

VIRO MAGNIFICO, MAXIME REVE-  
RENDO ATQUE EXCELLENTISSIMO,

**DN. HENRICO ASCA-  
NIO** *GROSSEKERN*

PHILOSOPH. ET S.S. THEOL. DOCTORE HUJUS-  
QUE PROF. PUBL. LONGE CELEBERRIMO,  
DN PATRONO, PRÆCEPTORE, FAUTORE AC  
AFFINE ÆTERNA ANIMI SUBMISSIONE CÖLENDO.

DIE XVI. DEC. ANNO MDCCXI.

PUBLICÆ DISQVISITIONI SUBJICIT.

JN AUDITORIO MAJORI

**ULRICUS ELVERS** Rostoch.

S.S. TH CULTOR

ROSTOCHII,

Typis Joh. WEPPLINGI, SERENISS, PRINC.  
& ACAD. Typogr.





Landesbibliothek Oldenburg

**Splendidissimæ Virorum quadrigæ**  
*VIRIS*

*Illustri, Generosissimo, Summe Venerabili, Magnificissimo,  
Prænobilissimis, Consulissimis atq. Excellentissimis*

**DN. ERENTREICH**  
de MOLTKEN,

**Consiliario Provinciali Meklenburgico**  
eminentissimo, Hæred. Dn. in Schossau, Bulow.  
& rel. & rel.

**DN. JOH. FECHTIO,**  
SS. Th. Doct ejusq; Prof. Publ. Consummatissimo, Consilia-  
rio Censoriali gravissimo, Districtus Rostoch. Superintendenti Vig-  
lantissimo Facultatis suæ Seniori Spectatissimo

**DN. JOHANNI JOACHI-  
MO BESELIN,**

JCto Celeberimo Civitatis Rostoch. Consuli gravissimo,  
æ Cœnobii Ribben. Provisori Spectatissimo,

**DN. MATTHIÆ Stein /**

JCto Celeberrimo & Codicis in hac Academia Antecef-  
fori Famigeratissimo.

**Dominis PATRONIS, Præceptoris, Co-  
gnato Fautori summopere Venerandis**

*Hanc de Justificatione Disputat. in debita suareverentia  
pro summis beneficiorum atque favoris experimentis  
qualecunque testimonium,  
sacram esse cupit*

**TANTORUM NOMINUM**

*obsequiosissimus Cultor*

**ULRICUS ELVERS, Rostochiens.**



## PRÆFATIO.



Vanta cum cura puritas doctrinæ in Artic. Justificationis sit observanda, luculenter indicant Confessores nostri in *Apologia A. C.* pag. 60, eaqve ex causa glorioſimi Imperatoris in audiendo benevolentiam nulli dubitant captare, seqventibus usi verbis: *Cum in hac controversia præcipius locus doctrina Christiana agetur, qui recte intellectus illustrat & amplificat honorem Christi, & affert necessariam & uberrimam consolationem piis conscientiis, rogamus, ut Casarea Majestas de rebus tantis clementer nos audiat.* Qui hic vocatur præcipius locus, à Theologis alias vocari solet Articulus summe fundamentalis sive principalissimus, adeo ut *B. Valentinus Alberti*, in libri, cui titulum dedit: *In teresse præcipuarum Religionum Christianarum, Protheoria*, postqvam §. 3. affirmaverat, Articulos principalissimos esse ipsum interesse reliquorum, §. 4. subjugat seqventia: *Hunc in modum apud nos eminet Articulus de Justificatione per fidem, eui quam plurimi alii absque tortura conformantur.* Et quid opus est privatis testimoniis? Audiamus ad confirmandam articuli hujus gravitatem, Articulos Smalcaldicos à *B. Luthero* eum qvondam in finem, ut à Nostris Concilio exhiberentur, scripios & in symbolicorum librorum numerum relatos, P. II. Art. I. p. 304. 305. Ibi nimirum summe emphatica hæc legimus verba: *De hoc articulo cedere, aut aliquid contra illum largiri aut permittere nemo piorum potest, etiam si cælum & terra ac omnia corruant.* ---- *Et in hoc Articulo sita sunt & consistunt omnia, qua contra Papam, diabolum & universum mundum in vita nostra docemus, testamur & agimus.* Reformatorum in Anglia haud paucos in Articulo hoc à Veritate divina recensius deflexisse, ex *G. Bullo*, ob suscep tam Sandii Neo-Ariani refutationem notissimi, *Harmonia Apostolica* (male tamen ita appellata) non sine dolore recensuimus in *Dissertat. de gravissimis Reform. controversiis domesticis* §. 61, gavisi tamen, in eadem quoque terra defensores reperiri veritatis, inter quos nomen suum professus est *Thomas Tulius*

A

lins



*lius in Tractatu, qvi Justificatio Paulina sine operibus inscribitur, in cuius Praefatione merito vir doctiss. summam urget Articuli, ab Ecclesia Anglicana probe agniti, necessitatem... Quanti, ait, sit momenti controversia, ----- clamat in Homiliis Ecclesia anglicana. In dedicatione sua idem Author non male observat, qvod ministerio B. Lutheri (qvi ab ipso omni jure eterna Heros incomparabilis memoria dicitur) primum vulnus ex justificationis doctrina acceperit Papatus, qvia turpis simis indulgentiarum nundinationibus expergefactus Lutherus, ansam felicem arripuerit, totam justificationis Evangelica de novo pertexendi telam. Nos itaque, de tanto nunc acturi articulo, ad nostram respicimus Confessionem A., exhibita methodo nobis consueta. Sistemus nempe I. Sectionem præliminarem, agendo (1) de genuino A. C. textu, collata cum illo editione variata, (2.) de causa ac ordine Articuli ac (3) de ejusdem sciagraphia. Sectio II. ad declarationem Articuli spectabit, subiectis III. pro ratione temporis Porismatibus nonnullis. Tua interim, clementissime Pater ecclesiæ, gratia perpetuo nobis adsit, sicut tibi confidimus. Amen!*

## SECTIO I. PRÆLIMIN.

§. 1 Confessionis genuinæ  
verba sunt seqventia:

**I**tem docent, qvod homines non possint justificari coram DEO propriis viribus, meritis aut operibus, sed gratis justificantur propter Christum per fidem, cum credunt, se in gratiam recipi & peccata remitti propter Christum, qvia sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat DEUS pro justitia coram ipso. Rom. 3. & 4.

Confessio variata.

**U**t autem conseqvamur hæc beneficia Christi, scilicet remissionem peccatorum, justificationem & vitam æternam, dedit Christus Evangelium, in qvo hæc beneficia nobis proponuntur, sicut scriptum est Lucæ ultimo, prædicari pœnitentiam in nomine ejus, & remissionem peccatorum inter omnes gentes. Cum enim omnes homines naturali modo propagati, habeant peccatum, nec possint vere legi Dei satisfacere, Evangelium arguit peccata & ostendit nobis mediatorem Christum, & sic docet nos de remissione peccatorum.

Cum Evangelium arguit peccata nostra, corda perterrefacta statuere debent, qvod gratis nobis propter Christum donentur remissio peccatorum & justificatio per fidem, qva credere & confiteri debemus, hæc nobis donari propter Christum, qvi pro nobis factus est hostia, & placavit Patrem. Qyanquam igitur Evangelium requirit pœnitentiam, tamen, ut remissio peccatorum certa sit, docet eam gratis donari, h. e. non pendere ex conditione dignitatis nostræ, nec dari propter ulla præcer-

dæ.



## DE JUSTIFICATIONE.

§

dentia opera, aut dignitatem sequentium. Fieret enim incerta remissio, si ita sentiendum esset, cum deinceps nobis contingere remissionem peccatorum, postquam eam praecedentibus operibus meriti essemus, aut satis digna esset paenitentia.

Conscientia enim in veris pavoribus nullum inventit opus, quod posse opponere ira Dei, & Christus nobis donatus & propositus est, ut sit propitiator. Hic honor Christi non debet transferri in nostra opera. Ideo Paulus dicit, gratis salvati es sis. Item, ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio h. e., ita erit certa remissio, cum sciamus, eam non pendere ex conditione nostrae dignitatis; sed donari propter Christum. Hec est firma & necessaria consolatio piis & perterritis mentibus, atque ita docent & sancti Patres, & extat apud Ambrosium memorabilis & insignis sententia his verbis: Hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum, salvus sit, sine opere, sola fide, gratis accipiens remissionem peccatorum. Et fidei vocabulum, non solum cognitionem historie de Christo significat, sed etiam credere & assentiri huic promissioni, quae est Evangelii propria, in qua propter Christum nobis promittuntur remissio peccatorum, justificatio & vita eterna. Nam & hec promissio ad historiam de Christo pertinet, sicut & in symbolo additus est historie hic articulus: credo remissionem peccatorum. Et ad hunc articulatum reliqui de historia Christi referri debent. Nam id beneficium est finis historie, ideo Christus passus & resuscitatus est, ut propter ipsum nobis donarentur remissio peccatorum & vita eterna.

§. 2. Confessio variata invariata & genuinam longitudinem magnopere excedit. Sed haec mutatio, sicut ausu privato nulloque propterea jure a Melanchtone facta est, conf. dicta in diss. nostra de P. O. p. 5; ita & omni destituitur necessitate, cum verba articuli symbolica mira & rotunda brevitate & perspicuitate, summam doctrina complestantur, prout recte loquitur Menzerus Exeg. A. C. pag. 130, quin & non in meliorem, sed pejorem recessit partem. Repetitur Confessio illa, tam in corpore & syntagma Confessionum Calv., quam in Opp. Melancht. P. I. fol. 39, ut & in fraudulentissima illa A. C. editio, one, quae Prefatione, ad invariata spectante, ornata ex officina Petri Seiz A. 1559. prodidit, (conf. citata dissert. pag. 5,) quae editiones ita saltem in se differunt, ut loco vocabuli: confiteri, quod editio in corpore Conf. extans, in §. Cum Evangelium, (quando dicitur: per fidem, qua credere & confiteri debemus) adhibet, in Seiziana & Mel. reperiatur vox confidere. Exhibitentur vero (l) in Confessione variata statim ab initio nonnulla de Evangelio, quae potius ad Art. V. de Ministerio eccles. agentem, spectant. Verum licet hoc non adco vellemus attendere, porro tamen ex eo punto invariata Conf. merito praefertur variata, quod (2) haec, non vero illa, phrasin adhibet ambiguam atque Antinomis gratam: Evangelium peccata arguere. A-

A 2

criter



criter propterea eam reprehendit B. Hutterus in *Calvinista Aulico-Politico Cap. I.* pag. 26. seq., ubi verba leguntur sequentia: Im vier-ten Articul der geänderten Confession wird auff gut Antinomisch o-der nach Urth der Gesetz-Schänder gelehret/ daß das Evangelium eigentlich zu reden/ und so fern es auch dem Geseze opponiret und entgegen gesetzet wird/ sey concio poenitentia ein Gesetz-Predigt/ wel-ches die Busse predige/ die Sünden straffe/ und predige doch zu-gleich Vergebung der Sünden. Et post quædam interjecta addi-tus: Nun wäre solches nicht unrecht/ wenn das Wort Evangelium verstanden würde/ daß es so viel als *Verbum Dei* hieße. Weil aber solches im angezogenen Articul nicht geschickt/ sondern Evangelium proprie & specifice genommen wird/ so kan diesen Irrthum nie-mand billigen/ er sey denn ein Antinomer und Gesetz-Stürmer; Und wird dieser Irrthum gar zu deutlich wiederholet in der Repe-tition der Augspurgischen Confession. Referri illuc potest, qvod in præsenti variatæ Confessionis articulo §. ult. legamus, qvod fidei vo-cabulum significet credere & assentiri huic promissiōni, quæ est Evan-gelii propria, ubi qvidem ceu proprium Evangelii adducitur, promissio-nem remissionis peccatorum & vita eterne offerre, verum juxta ante-adducta verba subintelligitur, aliquid aliud quoque in Evangelio ex-hiberi, nimirum peccatorum reprehensionem. Haud exigua, ob fa-ctam legis & evangelii ab Agricola aliisqve Antinomis confusionem, in Ecclesia nostra orta est controversia, quæ sopia cum aliis fuit in *Form. Conc.*, ubi *Art. V.* tam in epitome pag. 591, quam solidâ decla ratione p. 769, rejecto errore, vera exponitur sententia, hac p. 594. addita ratione, qvia per eam assertionem, qvod evangelium proprie sumptum arguat peccata, evangelium in legem transformetur, mer-itum Christi & s. literæ obscurentur, piis mentibus vera ac solida conso-latio eripiatur & Pontificiis erroribus ac superstitionibus fores aperian-tur. Ne vero objici possit, Apologiam quoque ista phrasí uti, ut pag. 71, ubi dicitur: *E*vangelium arguit omnes homines, qvod sint sub pec-cato, it. pag. 165: *H*ac est summa prædicationis Evangelii, arguere peccata & offerre remissionem peccatorum, observamus, ex contextu *A-polοgіа* & reperiundis ejus explicationibus patere, qvod vox Evangelii tunc saltem generaliter sumatur, de tota doctrina Christiana, non autem proprie. Ipsa enim *Apologia* ostendit, Evangelium proprie dici promissionem de remissione peccatorum & justificatione per Christum, ni-mirum in oppositione ad legem, quæ notat doctrinam & peccata ar-  
guen-



guentem & damnationem denunciantem, prout an notavit F. C. pag. 717.  
 Indicat hoc ipsum *Apologia*, quando pag. 67. seqventia adhibet verba:  
*Cumque promissio non possit accipe nisi fide, Evangelium, quod est NE-*  
*proprius promissio remissionis peccatorum & justificationis propter Christum,*  
*predicat justitiam fidei in Christum, quam non docet lex. -- Lex enim*  
*requirit a nobis opera nostra. Non minus eadem Apol., postquam pag.*  
*168. ostenderat, duas esse partes penitentiae (scil. principias, ut vocat,*  
*h. e. constitutivas, cum nova obedientia tantum possit vocari pars late-*  
*dicta & consecutiva) contritionem, cum arguuntur peccata, & fidem,*  
*cum dicitur, credite Evangelio, pag. 169. seqventia adjungit: Lex*  
*(non evangelium) est verbum, quod arguit & condemnat peccata. Al-*  
*tera pars Evangelium, hoc est, promissio gratiae in Christo donata. Conf.*  
*pag. 60 circa finem, ubi idem prope dicitur. His consideratis patet,*  
*confessionem Variatam, si forte propter diversam vocis *Evangelii* ac-*  
*ceptionem excusari ratione intentionis posset, prout benignus ea-*  
*in re esse videtur Menzerus Exeg. p. 130, non pari tamen ratione ac*  
*facilitate defendi posse, ut *Apologiam*; quia haec prolixum ac vi nomi-*  
*nis apologeticum est scriptum, mentem suam abunde declarans, cum è*  
*contrario in confessionibus homonymia cane pejus ac angue quam maxi-*  
*me sit cavenda. (3) In seqventibus Conf. Variata §§. ostenditur, doctri-*  
*nam nostram de Justif. facere ad certitudinem remissionis peccato-*  
*rum, quod monitum privatæ explicationis instar tolerari posset, &*  
*scepe occurrit in *Apolog.* e. g. pag. 75. §. quarto & sequ., proposita-*  
*quoque & refutata objectione pag. 133, verum publicæ Confessionis lo-*  
*co, ob causam ante adductam, haberi nequit. (4) Relata est hoc Ambro-*  
*sisi sententia de sola fide justificante ex Art. VI. A. C. Invariata,*  
*quod novum frustraneæ mutabilitatis indicium est. (5) In §. ult. fidei*  
*homonymia seqventi evolvitur modo: Fidei vocabulum, non solum*  
*cognitionem historiæ de Christo significat, sed etiam credere & assentiri.*  
*Et haec verba quidem desumpta esse videntur ex *Apol.* pag. 68. in fine;*  
*verum si rite res consideretur, longe a iter se habet l. c. *Apol.*, quam*  
*conf. Variata. Equidem Theoninos Thomasi dentes experiri neces-*  
*se habuit *Apologia*, quando is in *Dissert*: An heresis sit crimen, can-*  
*dem ob descriptionem fidei adhibitam graviter carpit, rationem affe-*  
*rens, quod h. l., cum de justa fidei descriptione deberet agi, ne ver-*  
*bulum tamen quidem de fide cordis occurrat, sed tantum de cerebri-*  
*na agatur fide; Ast merito Aristarchus iste à cel. Dn. D. Wernsdorff in*  
*dissert. sub B. Neumann de authoritate librorum symbol. habita §. 7.*  
 seqv.

A 3



seqv. acute est refutatus. Nimurum non attendit Thomasius voces qvæ in eodem *Apologie* contextu adjunguntur, seqventis tenoris p. 69: addemus amplius: (*fides*) est velle & accipere oblatam promissionem remissionis peccatorum. Idque longe clarissimè exponitur pag. 125. hisce verbis: *Fides est non tantum notitia in intellectu; sed etiam fiducia in voluntate, b. e. est velle & accipere hoc, quod in promissione offertur, videlicet reconciliationem & remissionem peccatorum.* An igitur de fiducia cordis nihil exhibetur? Cœterum, qvia hæ explicationes & additiones plane desunt in Conf. Var., facile patet, descriptionem fidei ibi positam haud esse sufficientem.

S. 3. Confessio August. germanica qvoad sensum cum *latina* plane convenit, licet qvoad verba paululum sit diffusior. Ab hac *germanica*, editionis scil. symbolicæ, prout Ao. 1580 Dresdæ in fol. prodiit, & Ao. 1705. à Dn. M. Reineccio repetita est, aliquantum differt editio illa, qvæ *Tom. VI. Jen. Operum Luth.* fol. 63. b. continetur, ac editionem Wittebergæ A. 1531. procuratam & in conventu Numberensi à Nostratibus subscriptam seqvitur. Et qvidem negandum haud est, verba utriusqve editionis ferè in totum differre; interim tamen, si veritatem sensus respicias, variatio illa absque omni præjudicio veritatis & adeo exilis est, ut nec variatio appellari possit, dicente B. Carpzovio in *Jtagoge* pag. 101, qvamvis nos nihilominus merito A. C. non agnoscamus aliam, qvam Imperatori oblatam. Qvoad Latinam id adhuc nctandum venit, qvod B. Menzerus in *Exegesi* sua verba articuli seqventi exhibeat modo: *gratis justificantur propter fidem per Christum*, circa qvam variationem, non possumus non eidem B. Carzovio assentiri, esse nimurum hic *trajectio*nem verborum *vicio* Amanuensis l. typographi factam. Et rectè hic addit celeb. Dn. D. Schelvgivius in manuad. ad A. C. art. IV. p. 130: *Nos consulto à phrase illa: justificari propter fidem, abstinere, ne fidei, ut operi, in justificatione virtutem aliquam adscribere videamus.* Interim in Apolog. p. 93, voculae propter fidem, occurunt respectu renovationis, seqv. modo: *hac imperfecta justitia non est accepta DEO, nisi propter fidem.* Equidem si aspicimus confutationem A. C., qvæ ab And. Fabricio edita est, sub titulo: *Brill auff den Evangelischen Augs-Upsel / sub initium statim talia reperiuntur, qvæ exemplaris nostri Symbolici (qvin & reliquorum omnium) tam in latina qvam Germanica lingua arguere videntur defectum.* Verba sunt seqventia: *dass in dem 4ten Articul die Pelagianer verdampt werden / die gemeinet und dasur gehalten / der Mensch könne aus eigenen Kräften ohne die Gnade*

Gnade GÖttes erwerben das ewige Leben / wird als Catholisch angenommen. Hic nimurum mentio sit damnationis Pelagianorum ab A. C. factæ; cum tamen in Confess. Pelagianorum ne minima quidem fiat mentio. Verum sensus Confutationis procul dubio eò tendit, quod rejecta ab A. C. Thesi Pelagianorum, implicitè ipsi Pelagianiani sint damnati, in primis, quia jam Art. II. A.C. de P. O. expressis verbis sub juncta erat damnatio Pelag., quia de re verba sequenti modo fluunt: *Damnant Pelagianos, qui disputatione, hominem propriis viribus rationis coram DEO justificari conf. Disputat nostram de P. O. ubi ostenditur, vocibus: Et alios, ad ipsos quoque respici Scholasticos. Denique licet in hujus Articuli Anthithesi nominatum subjungi potuissent Pontificii, à nominatione tamen corundem abstinuerunt Nostrates, quia sententiam suam in thesi & anti-theysi exponere, atq. pati, ut alii super doctrina hac judicarent, voluerunt. Quæ verba sunt Carpzovii l. c. p. 202.* Itaque omissio nominationis illius, neque, timiditati adscribi potest neque dolo syncretistico. Coeterum desumptus est articulus A. C. IV. ex Vto XVII. Articulorum Lutheri, T V. Jen. germ. exhibitorum, ubi quoad verba diffusior repetitur tractatio.

S. 4. Exponenda nobis nunc est ratio ordinis. Nimurum proposita per Articulum III. doctrina de Christo Redemptore, rectè nunc explicatur ipsa *justificatio*, redemptione Christi acquisita. vid. Grauerus Redivivus pag. 575, ubi ita loquitur: *Cum igitur in praecedente 3to Articulo ostensum sit, Christum sua obedientia seu morte Et sanguine, nobis acquisivisse eternam justitiam Et sic etiam remissionem peccatorum, optimo Et justissimo ordine jam in hoc quarto articulo docetur: quomo do illa Christi justitia fiat nostra justitia.* Porro causa proponendi articulum nostrum, summa erat necessitas veritatem de hac materia ex scriptura rite exhibendi; quia articulus hic est maxime fundamentalis ac principalissimus, in quo Pontificii graviter errabant, spretis tam s. litterarum assertis, quam Patrum antiquorum, quæ reperiuntur, veritatis testimonio. Respicitur illuc in clausula articulorum fidei A. C., quando in nostra doctrina nihil inesse dicitur, quod discrepat à scripturis vel ab ecclesia Catholica (universali) vel ab Ecclesia Romana (particulari) NB. quatenus ex scriptoribus (juxta germanicum: den. Vatern.) nota est. Conf. Apol. pag. 141, ubi speciatim quoad hunc locum dicitur: ea, quæ diximus, scimus consentanea esse scripturis Propheticis Et Apostolicis. sanctis Patribus, Ambroso, Augustino plerisque aliis Et universa Ecclesia Christi. Quantopere necessitas articuli commendetur ab

Apo-

*Apolog.* ut & Articulis Smalcaldicis in Pref. citavimus. Hic observamus, maximum hujus articuli aestimium haud leviter fuisse demonstratum à B. Luthero in colloqvo Marpurgensi, cum Ul. Zwinglio ac Oecolampadio Ao. 1529. instituto. ibi enim, teste relatione Melanchtonis, Operum Luth. Tom. IV. Jen. Germ. inserta, f. 488. Lutherus cum illis de tota doctrinæ summa voluit colloqui, qvia multi in Zwinglii libris essent errores, adjiciens: *So hätten sie (Zwinglius ac Oecolamp.) wenig de justific. gelehret / daß zu besorgen / daß sie nicht viel vom Evangelio wissen.* Addi autem præ ceteris merentur heroica Apologia verba pag. 221, qibus vel ipsa mors divinæ hujus veritatis ergo sustinenda, non nisi læta accidere posse affirmatur. *Qvis, inquit Apolog., non gauderet mori in confessione horum articulorum, quod remissionem peccatorum fide consequamur gratis propter Christum.* Digna igitur causa est, propter quam nullum recusemus periculum. Eleganter more suo veritatem hanc confirmat Princeps Theologorum, Chemnitius in LL. P. II. p. m. 216, ubi ostendit, operam esse dandam, ut Apostolicam de Justificatione retineamus puritatem, qvia plus quam Herculei laboris fuit, ex densissimis tenebris & fœdissimis Anti-Christi fôrdibus & lacunis veram lucem eruere, & porrò p. 217, ubi dignus observatione judicat, qvod nempe DEUS mirabiliter dissolverit varias technas & insidias Diaboli, qibus fundamenta hujus Articuli specie moderationis subruere conatus est: ut in variis Conciliationum formis per Pontificios propositis, in libro Ratisbonensi, in interreligione Augustana, in Osandri certamine, & in propositione illa, de necessitate operum ad salutem. Et has, ita pergit summus Theologus, insidias DEUS ingenti beneficio in lucem proiraxit, ut in posterum simus & diligentiores & cautiiores. Qvod sibi merito dictum putarent hodierni Syncretistæ, qvi periculosissimis his temporebus, ubi religio vilescit & mundi crescit amor, concordia prætextu veritatem obfuscare ac defectioni a pura fide ansam præbere in delitiis habent. Idque eò magis, cum non illi solum, qvi à nostris stant partibus, articulum hunc in tanto habeant aestimio; sed & apnd eundem Chemnitium legi possint verba Pighii acerrimi Pontificii, qvi de controversiis, circa justificationis locum motis, seqventia profiteri necesse habuit: *In hoc velnt cardine vertitur, & ex hoc principio pendet universa penè, qva inter Lutheranos & nos (Papistas) in religione & fide est controversia.* Hoc enim dogmate universa penè religionis nostra (scilicet Pontificiæ) capita inficiunt & contaminant, rectè dixisset: evertunt falsitatisqve convincent.



cunt. Quæ omnia, DEO juvante, uberior ex sequente Tract. patibunt.

S. §. (3) Sciagraphia Articuli seqvens est. Doctrina Ecclesiarum nostrarum I. proponitur, & quidem (1) antithetice vel remotive, dicendo: non posse nos justificari coram DEO propriis viribus, meritis aut operibus, (2) thetice vel positivè, exhibendo (a) subjectum justificandum, nempe hominem peccatorem credentem, his verbis: *Homines, cum credunt, (b) causam efficientem principalem, quando asseritur: coram DEO hominem justificari, it. Deum imputare fidem, (y) causam impulsivam internam, gratiam Dei, cum dicitur: gratis, (d) causam meritoriam ac impulsivam externam: Christum, (e) medium sive instrumentalem à parte hominis, fidem, (f) formalem, quæ sicutur (a) privative, cum peccata dicuntur remitti, (b) positive, quando fides dicitur imputari, spectata scilicet objective respectu meriti Christi. (II) Probationibus remissive firmatur, allegando loca Rom. III. & IV.*

## Sectio II. Exegetico-Apologética.

§. I. Legans est prælaudati alterius magni Martini Chemnitii, inquam, assertum, quod verus vocabulorum, de mysteriis sacris traditorum, sensus ex sacris literis probe sit haurieundus, neq; ob fraudes & æqvivocationes adversariorum negligendus. Ecclæsia, inquit, in locis Theol. de justif. pag. 217, tantum debet esse grammatica, b. e., non debet fingerer res novas, aut nova dogmata gignere, sed ea, quæ à Spir. Sancto tradita sunt, debet discere ex genuina significacione vocabulorum, quibus in tradenda doctrina cœlesti scriptura utitur. Ad quod confirmandum statim adjungit, neglectum vera Grammatices fuisse fontem & scaturiginem omnium errorum in hoc, de quo agimus, articulo justificationis. Ratio asserti hujus est longe clarissima. Sicut enim nemi, cui mens sana est in corpore sano, ignorantem esse potest, unius cuiusque Auctoris sententiam ex proprio ipsius stylo atque contextu esse hauriendum; ita sane verba Spiritus Sancti probe esse attendenda constat, cum res, quas exhibent, ad æternam spectent salutem, & captum nostrum non solum plane superent, 1. Cor. II. 14; verum quoque non nisi ex unica Scriptura, seu infallibili veritatis norma, sint hauriendæ, Joh. V. 39. 2. Petr. I, 19 seq. Luc. 16, 29. 2. Tim. III. 15. 16. 17. Sane Cardinalis Bellarm. l. 2. de justif. C. 31. p. 330. F, haud vult concedere, ut justificationis vox juxta profanorum scriptorum usum dijudicetur,

B

cum



AD ARTIC. IV. A. C.

cum illi ignorarint justificationem iudicis DEI. Qued qvidem eatenus verum est. Interim tamen neqve Christianorum neqve speciatim ipsorum Ecclesiæ Patrum ulla ea in re, nisi Scripturæ s. subordinata concedi potest auctoritas, nisi Augustino contrariari velimus, Patrum acutissimo, qvando in Epist. 19. ad Hieronymum Opp. Bas. T II. p. 44, seqv. in modum loquitur: *Ego solis illis scripturarum lbris, qui jam canonici appellantur, hunc honorem timoremque deferre didici, ut nullum eorum errasse firmissime eredam. Alios autem sic lego, ut quanta libet sanctitate doctrinaque præolleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt.* Eam ob causam Pontificios, qvod vocabula in summo de justificatione articulo aliter, quam sacrarum literarum exigit præscriptum, usurpent, gravesqve conseqventer foveant errores, notat Apologia, summum istud damnum seqventibus verbis graphicce repræsentans: *Adversarii, cum neqve, qvid gratia, neqve quid justitia sit, intelligent, misere contantur hunc locum, & obscurant gloriam & beneficia Christi, & eripiunt piis conscientiis propositas in Christo consolationes. Conferatur etiam p. 274, ubi eadem querela repetitur. Hanc porro ob causam, qui ad reliquias pertinebant ecclesiæ sub Papatu pressæ, magnopere gaudebant, qvod ministerio Lutheri veritas divina, conscientiarum afferens solatium, claritati suæ ex sacris literis restituueretur, cuius rei testimonium in ipsa reperimus Apol. p. 296, ubi ad objectionem adversariorum, qvod occasione Reformationis magna exorta sunt scandala & variii motus, seqvens subjungitur responsio: Inus articulus de remissione peccatorum, qvod propter Christum gratis conseqvamur remissionem peccatorum per fidem, tantum afferit boni, ut omnia incommoda obruat. Et hic initio conciliavit Lutherò non tantum nostrum favorem; sed etiam multorum, qui nunc nos oppugnant.*

S. 2. Ante omnia breviter nobis de terminis, in qvorum acceptione Pontificios errare, ac totam conseqventer doctrinam conspurcare, Apol. afferit, dicendum venit, tam falsitatem papisticam, quam mentem Scripturæ Sanctæ considerando. (1) Mentio fit remissionis peccatorum, qvæ ad formam pertinet justificationis. Itaque ipsius vocabuli justificationis, qvod totius capitilis titulum constituit, declarationem præmittimus. Vocem illam interdum accipi in sacris literis sensu forensi, negare nequit Bellarminus, seqq. verbis Lib. I. de justif. C. I. usus: *Quarto Cnempe sumitur justificatio pro declaratione justitiae, modo qvodam forensi, ut ille dicatur justificari, qui cum esset ab accusatore factus reus alicujus iniquitatis, à judice per sententiam declaratur justus, atque absolvitur*

qvor-



## DE JUSTIFICATIONE.

11

qvorsum citat *Prov. XVII. 15. Esa. V. 23. Luc. VII. 35, & Cap. X. 29.* Interim afferere non veretur, in eadem qvoque scriptura sacra accipi vocem justificationis tam pro acquisitione justitia, scilicet inharentis ac habitualis ad B. O. respectum habentis, qvorsum allegat i. *Cor. VI. v. 11. Rom. VIII. 30*, qvin & *Cap. IV. 5*: credenti in eum, qui justificat impium, qvam pro incremento justitiae illius, citatis locis *Jac. II. 24. Apoc. XXII. 11*, justus justificetur adhuc, seqq. verbis adjectis: quemadmodum usitate dicitur calefieri, non solum, qui fit calidus ex frigido, sed etiam, qui ex calido fit calidior; sic etiam justificari dicitur non solumis, qui ex impi fit justus, sed ille quoque, qui ex justo fit justior. Verum, sicut assertio nem istam in gratiam papistica de justificatione opinionis, qvod nempe illa in justitiae inharentis infusione ac largitione consistat, vid. lib. II. c. 2. & seq., profert Bellarm. , ita cuivis simul lectori papae illius hypotheseos falsitatem ob oculos ponit. Neverbulo enim in locis illis justificatio per infusas qualitates bonas commemoratur. Econtrario autem *Rom. IV.* talis Justificationis fit mentio, ubi fides imputatur ad justitiam credenti, ita ut *Justitia sine operibus obtineatur*, v. g. 6, & *Rom. VIII. 33. 34*, sequentia leguntur verba, forensem vocis Justificationis in hoc articulo significationem stabilientia: *Quis autem intentabit crimina adversus electos DEI, Deus is est, qui justificat, quis est, qui condemnet, Christus is est, qui mortuus est.* Sistitur hic nobis (1) homo reus, *Rom. III. 19*, qui accusari posset, sed jam absolutus est, (2) Deus judex, conferatur *Joh. V. 27*, (3) advocatus Christus, vid. i. *Joh. II. 1*, cui opponitur accusator, *Joh. V. 45*, (4) actus justificandi condemnationi oppositus, qui sane est absolutio à peccatis, unde credentes dicuntur non judicari sive condemnari, *Joh. III. 18. C. V. 24, & David Ps. 143. 2*, juxta ipsam vulgatam versionem orat: *& non intres in judicium cum servitu tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Respectus autem adeat ad alienam satisfactionem imputatam, nempe Christi mortui, 2. *Cor. V. 21.* Qui plura desiderat, adire potest B. Gerhardum Loc. Theol. Tom III. de justific. §. 4, ubi seqvens deducit argumentum: *Quodcumque vocabulum notat actum judiciale & opponitur condemnationi, cuius insuper cognata & æquipollentia sunt judicialia, illud forensem habet significationem.* Atqui vocabulum Justificationis. E. , Eqvidem excipit Bellarm. Lib. II. de Justificat C. III, non statim ex eo, qvod vox justificare opponatur condemnationi, seqvi actum judiciale, quia etiam dici possit, qvod Adam nos condemnaverit, imprimendo culpam originalem; sed respondeatur, miserum esse hoc effugium, quia hic de-  
B z  
judi



judicio Dei sermo est, testibus omnibus circumstantiis. Neque majoris momenti est, quando ulterius excipit *Cardinalis iste*, quod DEUS, quando justificat impium, declarando justum faciat etiam justum, quoniam judicium Dei secundum veritatem est. Nam resp., etiam imputati-  
vam justitiam esse secundum veritatem, cum sit consummatissima. Ne-  
que porro quicquam ex r. Cor. VI. 11. lucrari potest Bellarm. Licet enim  
voces: *justificati estis*, subjungantur illis, quando credentes dicuntur,  
*sancificati esse*; nihilominus tamen de justificatione per infusionem qual-  
itatem ne *per* qvidem occurrit. Imo rationem istius rei ex *Chemnitio*,  
quem hinc inde arrodit, perspicere potuisset Bellarm., nempe *LL Theol.*  
*de justif. C. III. p. 249*, nisi soli nebulae offundere in animo habuisset.  
Ita enim ille loquitur: “Anthithesis declarat, quid Paulus velit in-  
,, telligi. Absolutioni enim opponuntur sordes, sanctificationi oppo-  
,, nitur pollutio sive contaminatio, justificationi opponitur reatus,  
,, qvia ita exprimitur: Regnum Dei non haereditabunt. Et qvia Pau-  
,, lus mox addit: Justificati in nomine Domini JESU, manifeste osten-  
,, dit significacionem. Salus enim & remissio peccatorum datur in  
,, nomine Domini. In loco Jacobi citato sermo est de Justificatione,  
declarative coram hominibus spectata, quando nempe per opera, cœu  
signa fidei, declaramus, nos coram DEO justificatos esse, ut patet ex  
collatione v. 14. & 18. Ulterius nec etiam de loco *Apoc. XXII*, 11, verum est,  
*cum nullo modo posse accipi more forensi*, quæ verba sunt Bellarm. *Lib.*  
*II. de justif. C. III.* Nam licet non ignoremus, humani quid circa expli-  
cationem dicti istius passos esse haut paucos ex nostris, quos addu-  
ctos vide in celeberr. *Dn. D. Fecht. Th. Bibl. §. 19*: recte tamen asse-  
ritur, de continuatione *Justificationis* adeptæ h.l. sermonem esse, qvia vox  
*ad hoc*, quam in versione retinet ipse Bellarm., non necessario infert  
augmentum; sed ostendit saltem, manendum esse in *Justificationis* sta-  
tu. Denique locus *Dan. XII*, 3, quem Bellarm. *Lib. II. C. III.* addit: *Ju-*  
*stificantes multos*, qui juxta vulgatam vertitur: *qui ad justitiam erudiunt*  
*multos*, sententiam papisticam nullatenus probat, quoniam *informatores*  
*instructione sua non infundunt discipulis novam justitiae qualitatem*,  
& multi, informatione illa non obstante, pessimas seqvuntur vias.  
Ostendit vero *Chemnit. l.c.*, sententiam Danielis ita accipi posse, ut  
ministri considerentur, eeu organa, per quæ Deus justificationem con-  
fert, hoc modo: *qui annunciant remissionem peccatorum*, qui multos  
*absolvunt à peccatis*, fulgebunt sicut stellæ. Affert qvidem præterea  
Bellarm.

*Bellar.* compositionem vocis *justificare* latinā, proponens aliud verbum, nempe *calefacere*, quod inhärentem producere calorem denotat, & Lib. II. C. III, urget, Patres vocem *justificare* passim usurpare pro eo, quod est justum facere. Verum sicut ab etymologia infirma ducuntur argumenta; ita de vocibus scripturariis ex usu scripturæ judicandum est, neq; Patres, juxta dicta §. I, fidei regulam efficiunt, ut relictæ vocis acceptio ne scripturaria ad patristicam nos conferre necesse haberemus; quamvis etiam, quod perpetuo tali sensu utantur Patres, ipse Bell. h. l. haud asserit.

§. 3. Nunc specialiter de remissione peccatorum dicendum venit, quam qvoad nomen retinent Pontifici; sed re ipsa respiunt, sensum vocis ita graviter pervertendo, ut per remissionem non absolutionem, sed expulsionem peccati intelligent. Vid. *Bellar.* *Controvers.* Tom. IV L. II. de justif. C. VI. item C. VII, ubi ad refutandam giganteo conatu justificationem per imputationem meriti Christi, in hæc erumpit verba: *si necessaria esset imputatio ista, ideo potissimum necessaria esset, quod homo post remissionem peccati adhuc sit vere peccator, peccato videlicet tecto non deleto.* At *ista necessitatis causa locum non habet, nisi quis scripturarum evidentissimis testimonitis repugnare velit.* Scriptura siquidem utitur omnigenere vocabulorum, quæ excogitari poterant, ad veram peccati remissionem significandam, ut si quis de industria quarat vocabula, quibus perspicue declararet, peccatum aliquod vere tolli & aboliri: non possit aliquid reperire, quod ipsa scriptura divina ante non occupaverit. Quæ qvidem gloriatio summa laborat vanitate, cum verissimum sit, respectu æstimii divini ita vere tolli atque deleti peccata, ut nos plane damnare nequeant, Rom. VIII. 1; manente nihilominus in regenitis peccato originis, ad peccata, nempe actualia, impellente Cap. VI. 14. seqv. Quam veritatem abunde illustrat Augustinus variis in locis, à nobis in *Diss. de P. O.* pag. 50. seq. prolatis. Certum igitur manet, remissionem peccatorum esse non-imputationem peccati, sive actum judiciale Dei, hominem peccatorem absolvientis & à reatu poenæ liberantis. Vid. Ps. 32. v. 1. seqq., a Paulo Rom. IV. 7. 8. seqv. modo, juxta vulgatam versionem repetitus: *Beati, quorum remissa sunt iniquitates & quorum testa sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.* Spectat hoc dictum Rom. VIII. 33. 34, jam ante allegatum.

§. 4. Seqvitur (2.) vox: *Fides*, quam Pontificii de certa fiducia, in meritum Christi collocata, accipere recusant. Eam ob causam citatus *Bellarminus* L. i. de justif. C. IV. p. 209. H, triplicem proponeit suorum hominum a Nostris differentiam seqq. verbis: *tribus in rebus*

bus ab hereticis (Orthodoxos intelligit Papæ fatales) catholici (Papistæ)  
 ”dissentient. Primum in objecto fidei justificantis, qvod hæretici re-  
 ”stringunt ad solam permissionem misericordiæ specialis, Catholici tam  
 ”late patere volunt, qvam late patet verbum DEI; qvin potius certam  
 ”promotionem specialis misericordiæ non tam ad fidem, qvem ad præ-  
 ”sumptionem pertinere contendunt. Deinde infacultate & potentia ani-  
 ”mi, qvæ sedes est fidei. Siqvidem illi fidem collocant in voluntate, cum  
 ”fiduciam esse definiunt, ac per hoc eam cum spe confundunt. Fiducia  
 ”enim nihil est aliud, nisi spes roborata, ut sanctus Thomas docet in.  
 ”2. 2. qvæst. 129. articulo 6; Catholici fidem in intellectu sedem habe-  
 ”re docent. Denique in ipso actu intellectus. Ipsi enim per notitiam fidem  
 ”definiunt, nos per assensum. Assentimur enim DEO, qvamvis is nobis  
 ”credenda proponat, que non intelligimus. Ast in sacris literis de fide  
 plane aliter informamur, nempe *Jes. 53, 11*, qvod cognitione sui Messias  
 justificatur sit homines, *Joh. 17, 3*, qvod hæc sit vita æterna, ut *cogno-*  
*scamus DELLM & Christum*, & *Joh. VIII. 24*, Christus ait ad Judæos:  
*nisi credideritis me cum, nempe Messiam, esse, moriemini in peccatis*  
*vestris*. Porro *Rom. III. 25*. legitur, qvod Christum præstituerit Deus  
 propitiatorum per fidem in sanguine ipsius, & *Joh. I. 12*, dicitur: *Quo-*  
*quot autem eum receperunt, dedit eis hoc jus, ut Filii DEI sint fa-*  
*ceti, nempe iis, qui credunt in nomen ejus, item 1. Timoth. I. 25: Cer-*  
*tus est hic sermo, & dignus modis omnibus, qui recipiatur: Christum*  
*Jesum venisse in mundum, ut peccatores fervaret, & Rbr. XI. 1, fides est*  
*caritas sive substantia rerum sperandarum, argumentum non appa-*  
*rentium, juxta vulgatam. Itemque Rom. IV. 5. dicitur, ei, qui non*  
*operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua*  
*ad justitiam, nec non Rom. III. 28: Colligimus igitur, fide justificari*  
*hominem absq; operibus legis. Ex qvib; abunde perspicimus, fidem*  
*non solum esse assensum, sed etiam notitiam atq; fiduciam, non spem; justi-*  
*ficare autem relative, apprehendendo salvatorem Christum, qvandoq;*  
*dem respectu hominum justicandorum datur imputatio; sed non actus*  
*fidei, quia in justificatione omnia nostra opera excluduntur, sed objecti*  
*fidei, qvod illa semper respicit, ita ut *Jerem. XXIII. 5. 6*, Christus vo-*  
*cetur *Jehovah justitia nostra*. Eam ob causam *Rom. IV. 6*, ita legi-*  
*mus: *Sicuti etiam David dicit: beatum esse eum hominem, cui Deus im-**  
*putat justitiam absq; operibus*. Neque igitur charitas neque alia ope-  
*ra formam fidei constituere possunt, sed recte asserimus: sola fide nos*  
*justificari, licet ex fide illa necessario seqvi debeat bona opera Galat.*

V. 6.



V. 6, ad demonstrationem illius facientia, Jac. II. 18, ceu boni ejus fructus Matth. III. 8. Denique non negamus, ea qvæ a DEO nobis in verbo proponuntur, credenda esse, etiam si captum superent nostrum, Eph. II'. 20; sed carbonariam fidem sufficere, scriptura nequaquam affirmat, vid Lnc. I. 7.

§. 5 Agendum (.) est de vocabulo *gratia*. Qvomodo illud accipiunt in articulo justificat. Pontificii, videri potest ex Bellarmine Libro VI. de gratia & libero Arb. C. XV Tom. IV. Controv. p. 296, ubi ita loquitur: *Habitus gratia justificantis à solo DEO infunditur, non tamen sine previa dispositione nostra, quoniam habitus gratia divina qualitas est.* Supponit hic *Cardinalis* vires liberi arbitrii, juxta effatum ibid. pag. 29, 1. prolatum seqq. verbis: *Homo ante omnem gratiam liberum habet arbitrium, non solum ad opera naturalia & moralia; sed etiam ad opera gratiae & supernaturalia.* Deinde, licet ostendat, non posse hominem converti sine accidente vi divina, quam vocat *gratiam excitantem* ut & *adjuvantem*, quando l. c. D. seqventi modo loquitur: *gratia excitans interna necessario precedere debet hominis conversionem,* item. p. 291. G. ad assentiendum *gratia excitanti seu divina interna operationi, requiritur necessario gratia adjuvans, per justificantem tamen gratiam, juxta verba ante citata, intelligit qualitatem homini infusam, sive justitiam inherentem, qua de re late agit Lib. II. de Justif. C II. & C. II. ubi inter alia p. 30. H. ait, *justificamur autem per gratiam ipsius, Dei) id est per justitiam ab illo donatam & infusam, & hac est causa formalis, nempe justificationis.* E contrario vero in sacris literis omne homini non converso adimitur liberum qvoad spiritualia arbitrium, quando Is Eph II. v. 3. 4. exhibetur, ceu *natura filius ira & spiritualiter mortuus, cui vita non nisi vi misericordiae & gratiae Dei restitu potest;* qvare etiam Philipp. II. 13, DEO & velle adscribitur & perficere, & . Cor. III. 5, hauidonii esse pronunciamur ad cogitandum qvicqvam bonum, *velut ex nobis ipsis.* Gratia vero ad justificationem spectans, Deumque ab nosmet justificandum movens, l. c non denotat donum aliquod gratiae, sed gratum Dei favorem, remissis peccatis justos nos declarantem. Apparet hoc ex Rom. III. v. 24, ubi dicitur, qvod *justificati simus gratis, DEI gratia per redemptionem factam in Christo Jesu,* ubi ad tollendam æqvivocationem vocabuli *gratia vox gratis adjungitur,* ad excludendum omnia opera nostra, qvorum causa ulla ratione gloriari possemus, qvæsi verò merita qvædam (l. ea de congruo, vid. Bellarm. jud. de form. Conf. Mend. §. Conf. I. II. pag.*

488. & L. I. de Just. c. 21. Cont. T. IV. p. 312, s. de condigno appelle-  
tur) haberemus. Confer. Rom. XI. 6, ubi gratia operibus opponitur  
seqq. verbis: *Qvod si per gratiam, non jam ex operibus, alioquin gra-  
tia jam non est gratia; si ex operibus, jam non est gratia, alioquin opus  
jam non est opus*, item Ephes. II. 8. 9: *Gratia enim estis servati, per  
fidem & hoc non est ex vobis, sed DEI donum est. Non ex operibus, ut  
quis non glorietur.*

§. 6. Denique (4), qvia justificationem sine justitia cogitare  
absurdum est, accedit vocabulum *justitia*. Istius in scholis Pontificis  
significatum, quando nempe de justitia coram DEO valente sermo est,  
multis exponit Bellarm. L. II. de justific., ubi C. II. p. 323. H. de ma-  
xima nos inter ac Papistas intercedente controversia, qvæ formam justi-  
ficationis concernit, hac ratione differit: *Status totius controversie  
revocari potest ad hanc simplicem questionem: sit ne formalis causa abso-  
luta justificationis justitia in nobis inhærens, auctor?* Affirmantem  
vero errorem C. III. ex ipsis scripturis male detortis probare anniti-  
tur, L. I. de justif. C. I, Cont. T. IV. pag. 297. G, ubi voeem *justitia*  
explicare aggreditur, & in loco justificationis vocabulo *justitia* intel-  
ligait, rectitudinem internam, qvæ idè dicatur *justitia fidei*, qvia à  
*fide incipit, & justitia DEI, quoniam ab illo donatur.* Ast de  
justitia coram Deo valente plane aliter nos informat scriptura S. Ita enim  
loquitur Rom. III. 21. 22: *Nunc vero absque lege justitia DEI mani-  
facta facta est, comprobata testimonio legis ac Prophetarum, justitia, in-  
quam, DEI per fidem IESU Christi in omnes & super omnes qui cre-  
dunt, non enim est distinctio.* Ibi justitia coram DEO valens sine lege  
manifestata esse asseritur, qvia lex est doctrina operum, Rom. X. 5, &  
iræ, Cap. IV. 15, qyo sensu evangelio, ceu potentiae Dei credentes sal-  
vant, Rom. I. 16, contradistinguitur, Vid. C. X. 6. 9, Christum igno-  
rat & justificare peccatores nequit, Rom. III. 20. Gal. III. 21, ubi dici-  
tut: *si data fuisset lex, qvia posset vivificare, vere ex lego  
esset justitia, sed conclusit illa scriptura omnia sub peccatum, ut promissio  
ex fide J. Christi daretur credentibus.* Evangelium verò justitiam Dei  
revelat ex fide in fidem, sicut scriptum est: *Justus ex fide vivet, Rom. I. 17,*  
& promissio ex fide IESU Christi datur credentibus Gal. III. 22, sicut &  
nos Filii Dei sumus per fidem, v. 26. *Justitia igitur fidei dicitur, non  
qvæ à fide tantum incipit, ut vult Bellarm.* sed qvæ per fidem homi-  
nibus contingit, Rom. IV. 5, ita ut imputetur nobis *justitia sine operibus*,  
v. 6, nempe *justitia Christi*, qvi nobis factus est *justitia*, I. Cor. I. 30.  
Jer. XXIII. 6,



*Jer. XXIII, 6.* qvorsum pertinet, qvod justitia, qva justificamur, non sit nostra, *Philipp. III, 9.* neqve *Justitia legis, Rom. X, 5.* Et qvomodo in oculis Dei legaliter ac inhærente justi esse possemus, ut eo respectu nobis vita æternæ concederetur jus? cum justificatio inhærens sit imperfecta, *Rom. VII, 14.* seqq, ubi Paulus regenitus, qvæ non vult, à peccato inhærente captivatus, facere dicitur, vid. *Jac. III, 2.* Lex autem eos condemnat, qvi non manent in omnibus, qvæ scripta sunt in lege *Gal. III, 10.* *Jac. II, 10.* Neque dici potest, ob Christi passionem justitiam inhærentem, qualisunque sit, accipi, cum Paulus *Gal. V, 3.* opera nostra cum Christo & fide in negotio justificationis simpliciter incompatibilia esse, proclamet, seq. in modum juxta ipsam vulgatam loquendo: *Evacuati estis à Christo, quicunque per legem ( scil. juxta intentionem vestram ) justificamini, à gratia excidistis. Nos enim Spiritu ex fide spem Justitiae expectamus. Qyibus prolati subjungit v. 61. in Christo nihil valere nisi fidem, qvæ per charitatem operatur, sc. in justificato, ad sui demonstrationem, *Jac. II, 18,* & Dei gloriam, *I. Cor. X, 3,* *I. Petr. IV, v. 11.**

§. 7. Ut magis appareat, qvam necessarium sit, veræ vocabulorum ex scriptura modo expositorum, ac speciatim *Justitia*, acceptioni firmiter inhærente, notari meretur ingenua *B. Lutheri*, de sua qvondam tristi ignorantia, & acceptissima ex S. literis informatione relatio, qvæ eo evadit notabilior, qvo impudentius eadem ad accusandum innocentem Megalandrum maledicentissimus abutitur seculi nostri fanaticus, *Democritus*, sive vero nomine *Dippelius*, cuius larvatam impietatem in nostra Academia laudabiliter demonstrarunt Viri summe Reverendi, *Dn. D. Krakewitz*, & *Dn. D. Senstius*, ille in der Erwegung der uns fehlbahren Methode, nec non in responione, qvæ nunc paratur contra den Schild der Warheit sive potius re ipsa, den Schild der Lüge gen/hic in dem Stockblinden Wegweiser. Reperiuntur verba *Lutheri*, qvæ, dum haec scripsimus, forte fortuna reperire licuit, (cum à Democrito, procul dubio ut justa responsio facilius impediretur, Tomus Lutheri, in quo continentur, non sit allegatus) in pafat. *Tom. I. Opp. Luth. Jen. Latin.*, ubi B. Vir seqventi modo loquitur: *Miro certe ardore caput fueram cognoscendi Pauli in Epistola ad Rom.: sed obliterat hanc etenus, non frigidus circum præcordia sanguis, sed unicum vocabulum, qvod est Cap. I. justitia Dei revelatur in illo. Oderam enim vocabulum istud, justitia Dei, qvod usu & consuetudine omnium doctorum doctus eram philosophicè intelligere, de justitia (ut vocant, formalis seu activa,*



" activa, qva Deus est justus, & peccatores injustosq; punit. Ego autem,  
 " qvi me, utcunq; irreprehensibilis Monachus vivebam, sentirem co-  
 " ram DEO, esse peccasorem inquietissimæ conscientiæ, nec mea satisfa-  
 " ctione placatum considere possem, non amabam, imo odiebam justum  
 " & punientem peccatores Deum, tacitaq; si non blasphemia, certe in-  
 " genti murmuratione indignabar DEO, dicens: Qvali vero non satis sit,  
 " miseros peccatores & æternaliter perditos peccato originali, omni ge-  
 " nere calamitatis oppressos esse per legem Decalogi, nisi DEUS per Ev-  
 " angelium dolorem dolori adderet, & etiam per Evangelium nobis ju-  
 " stitiam & iram suam intentaret. Furebam ita sæva & perturbata con-  
 " scientia, pulsabam tamen importunus eo loco Paulum, ardenter  
 " sitiens scire, qvid S. Paulus vellet? Donec miserente DEO, medita-  
 " bundus dies & noctes connexionem verborum attenderem, nempe, ju-  
 " stitia Dei revelatur in illo, sicut scriptum est: justus ex fide vivit. Ibi  
 " justitiam DEI cæpi intelligere eam, qva justus dono DEI vivit, nempe  
 " ex fide, & esse hanc sententiam, revelari per Evangelium justitiam DEI,  
 " scilicet passivam, qva nos DEUS misericors justificat per fidem, sicut  
 " scriptum est, justus ex fide vivit. Hic me prorsus renatum esse sensi  
 " & apertis portis in ipsam paradisum intrasse. Ibi continuo alia mihi fa-  
 " cies totius Scripturæ apparuit. Discurrebam deinde per scripturas, ut  
 " habebat memoria, & colligebam etiam in aliis vocabulis Analogiam, ut  
 " opus DEI, id est, qvod operatur in nobis DEUS, virtus DEI, qva nos po-  
 " tentes facit sapientia DEI, qva nos sapientes facit, fortitudo DEI, salus  
 " DEI, gloria DEI. Jam qvarito odio vocabulum, justitia DEI, oderam  
 " ante, tanto amore dulcissimum mihi vocabulum extollebam, ita mihi  
 " iste locus Pauli fuit vere porta Paradisi. Postea legebam Augustinum  
 " de spiritu & litera, ubi præter spem offendi, qvod & ipse justitiam  
 " DEI similiter interpretatur, qva nos DEUS induit, dum nos justificat. Et  
 " qvanqvam imperfecte hoc adhuc fit dictum, ac de imputatione non  
 " clare omnia explicet, placuit tamen, justitiam DEI doceri, qva nos justi-  
 " ficemur. Ecce hic Lutherus initio suam exprimit, ob præconceptum  
 scholasticum vocis: *justitia*, sensum, anxietatem, porro, medium elu-  
 standi ex conceptis dubiis proponit, ipsius nempe contextus ac analo-  
 gie s. literarum scrutinium, addito demum postea humano, nempe *Au-*  
*gustini*, testimonio. Qva qvidem theologiam tractandi ratione nihil  
 sanctius cogitari potest aut rectius! Qvare & paulo post causam factæ  
 hujus recensionis affert Megalander seq verbis: *Hac ideo narro, optime Le-*  
*ctor, ut si lecturus es opuscula mea, memor sis, me unum fuisse (ut su-*  
     *pra*

*pra dixi) ex illis, qui, (ut Augustinus de se scribit) scribendo & docendo profecerint, non ex illis, qui de nihilo repente fiunt summi! Jam audiamus Democritum, quomodo instar araneæ ex optimis floribus venenum colligat. Is nimurum, postquam de Luthero nostro dixerat: Er sey in die placita, seines Tutoris, des Augustini, gar zu verliebt gewesen/seq. adjungit: Und werde ich nicht gegen die Wahrheit sündigen/ wenn ich sage/das er auch nach dem Sinn des Augustini, die Bibel reformiret/wenn er in seiner Übersetzung die Sachen pro libitu gedehnet/wie sie sich am besten zu seiner hypothesi schicken wollen. Es geschiehet Lutherus offenherzig/das ihm in den Briefen Pauli, die Wörter: Gerechtigkeit Gottes/ diuīorūn Dis, die im Evangelio offenbahren seyn/nicht allerdings gefallen/weilen es scheinen möchte/ als ob Gott sich als einen gerechten Richter im Evangelio offenbahre/darum er sich überall die Freiheit nimmt/wo nur im Neuen Testamente diese Worte gefunden werden/es zu übersetzen/ entweder die Gerechtigkeit die vor Gott gilt/oder die Gerechtigkeit/ die Gott giebt --- das Lutherus, wenn er kein Augustiner gewesen/nimmermehr solchen Sinn der heiligen Schrift würde angedichtet haben. Qvod si nunc B. Lectori verba Lutheri solum placuerit relegere, videbit sanè, impudentissimam esse Dippelii criminationem, & tam textui Lutheri, quam menti ipsius DEO deditæ, plane contraria. Lutherus enim unicæ scripturæ sacræ vim normativam attribuit; Democritus eum humanæ Augustini autoritati omnia tribuisse asserit. Lutherus ex ipsa Scriptura, ceu unica veritatis norma, intelligentiam vocis: *justitia DEI*, quam ante diligens Scripturæ scrutinium cum horrore suo ignoraverat, extulit utque claritatem in vertendo, expressa genuina verbi divina mente, adhiberet, allaboravit; Democritus Lutherum, nisi Augustinianus fuisset, tanta invertendo libertate usurum haud fuisse, clamat. Lutherus Augustinum, post haustam ex Scriptura veritatem, secum reperit consentientem, Democritus, illum Scripturam S. juxta Augustini hypotheses torsisse, vociferatur. An major posset excogitari in calumniando pervertendaqve autoris cuiusdem mente, malitia? Sed redemus ad propositum!*

§. 8. Expositis nunc decenter p̄fæmemoratis vocabulis, vera scripturæ s. in Artic. de justificatione sententia haud difficulter patet. Et hanc s. literarum determinationem clare, licet breviter, insinuat exhibitus à nobis sect. I. §. 1. A. C. textus; in quo B. O. & justitia

C 2

inhæ.

inhæsiva exart. Justif. procul removentur, & mere gratuita ac imputativa per fidem adstruitur justificatio. Verum haut placuit veritas illa, divina Confutatoribus A. C. Pontificiis, in resp. (qvæ confutatio dici solet) ad A. C. Art. IV. Itaque Pelagianos quidem, hominem ex propriis naturæ viribus absqve gratia vitam æternam acquirere posse statuentes recte à Nostris damnari tradunt, (Vid. ante dicta Sect. I. §. 3.) ast longe aliud de bonis operibus adjuvante gratia (i. post Justificationem, s. jam ante eam qvoqve, ut sibi persuadent) factis, docent, seqventia proferentes: *So jemand hergegen vorwirft die Verdienst der Menschen / welche durch Beystand der göttlichen Gnaden geschehen/ der hält es vielmehr mit den Manicheern / weder mit der Catholischen Kirchen/ & post quædam interjecta assertionem illam, qvod B. opera nostra per gratiam Dei meritoria fiant vita æternæ, ceu Catholican commandant.* Verba sunt seqventia: *Gedoch bekennen alle Catholische/ daß unsere Werke von sich selbst keinen Verdienst haben/ aber die Gnade Gottes macht solche würdig und verdienstlich des ewigen Lebens.* Conferri hic potest Resp. illorum ad A.C. Art 6, in qua præter alia hæc qvoqve leguntur: *dass sie (Confessores) die Rechtserfertigung dem blossen Glauben zueignen/streitet durchaus mit der Evangelischen Wahrheit/welche die Werke nicht ausschleusset/derentwegen wird es nicht zugelassen/dass sie so oft dem Glauben die Rechtserfertigung zueignen/da doch solches gehöret zur Gnade und Liebe.* Addatur & Resp. ad Art. XX, in qua assertio nostra, qvod B. O. haud mereantur Justificationem, manifeste rejicitur, dicendo: *Bon den guten Werken / daß sie nicht verdienen sollen Vergebung der Sünden/ wird also auch jetztund/wie droben/ verworfen und improbitet.* Quare juxta Confutationem A. C. bona opera tam Justificationis quam salutis sunt meritoria. Qvod autem fidem in Justificatione non nisi historiam s. generalem isti intelligent Confutatores, haud verò fiduciam salutarem s. specialem, satis produnt in Resp. ad Art. VI., dicentes: *So die Thäter sich für unnütz sollen handeln / wie vielmehr sollen sprechen diese/so allein glauben? Wenn ihr alles glaubet/so sprechet/wir sind unnütze Knechte.*

§. 9. Eam ob causam, Nostrates in *Apologia A. C.*, qvæ ad confirmandam veritatem & ad diluendas Pontificiorum assertiones pariter ac obiectiones falsitatesqve, in ipsis comitiis Augustanis conscripta est, statim sub initium *Articuli de Justificatione* sententiam Pontificiorum seqventibus proposuerunt verbis: *In quarto, quinto, sexto, & infra in Art.*



*Art. XX. damnant nos (adversarii) quod docemus, homines non propter sua merita, sed gratis propter Christum, consequi remissionem peccatorum fide in Christum. Utrumq; enim damnant, & quod negamus, homines propter sua merita consequi remissionem peccatorum, & quod affirmamus, homines fide consequi remissionem peccatorum & fide in Christum justificari. Verum enim vero præmemoratus Bellarminus, ut more suo, i. e. sophistice callideque ad palliandos suos ac Nostrates accusandos, procederet, istam Apologæ assertionem dupli ratione invadere tentat, (1) nempe verba Apologiæ mendacii impudenter accusando, (2) domesticum nobis dissensum confusionemque haud levem objiciendo. Prius peragit in *judicio de Libro Concordie Mend. XXVII*, in has erumpens voces: sic ait Philippus (in *Apolog.*) damnant Autores confutatio- nis confessionis Augustane, quod affirmamus, homines fide consequire remi- ssionem peccatorum, & fide in Christum justificari. At mendaciam est! Non enim Autores Confutationis damnant, quod fide justificari dic- mur, sed quod fide sola. Citat pro semet Bellarm. seqv. Confutat verba ad Art. V, quod fidei mentionem hic faciant, (Protestantes) eate- nus approbatur, quatenus de fide non sola, ut aliqui male docent, sed que per dilectionem operatur, ut *Apostolus recte docet ad Gal. V*, in- telligatur. Posterior ostendere conatur *L. II. de justif. C. 1. Opp. T. IV.* pag. 327. De causa enim formaliter acturus, quod magna sit questio, fate- tur, statimque adjungit sequentia: *Heretici Lutherani ad hanc Di- sputationem illustrandam magnum à se lumen accensum esse, glorianter;* cum tamen tanta eam opinionum confusione turbaverint, ut multi iam apud eos de veritate reperienda non sine ratione desperent. Postquam igitur verba quædam protulerat Lutheri, dixeratque: *Lutherus, causam formalem justificationis aliquando fidem, aliquando Christum ipsum fide apprehensum facere videtur, porro ad A. C. delatus, adducit, quod in Art. IV. scribatur: fidem ipsam nobis pro justitia imputari, sed econtrario in Art. XX afferi, & in *Apologia* sc̄pius repeti, nos coram Deo justos reputari ---- propter Christi meritum*, sicut & interdum *Dei misericordia hic afferatur*. Nec his contentus Bellarm., Andreæ quoq; Osandri mentionem facit, ipsum, dicens, ex *Lutheri* libris docuisse, formalem causam justificationis esse illam ipsam justitiam, qua Deus essentiæ littera justus est. Deinde, *Centuriatores Magdebur- genses* ait unā cum *Collocutoribus Altenburgensis* utriusque partis, afferere, *meritum Christi esse rem, qua nobis imputatur*. Tum, adducto *Calvino*, eum quidem admittere, inquit, imputari Christi justitiam —*

Proprie tamen in ipsa remissione peccati sitam esse justificationem. Denique de Bucero adducit, quod duplēm justitiam excogitaverit, à qua formaliter justificaremur, unam imperfectam, quae in virtutibus in nobis inherentibus sita sit, alteram perfectam, quae est ipsa Christi justitia nobis imputata. Citat illuc Libellum Imperatori Ratisbona exhibitum, ut ait à Lutheranis, quorum Princeps fuerit Bucerus. Addidit tamen, in eundem errorem incidisse ex Pontif. Alberium Pighium & Authores Antidagmatis Coloniensis, (de quo libro, circa A. 1543. ob tentatam ab Archi-Episcopo reformationem, nomine cleri Colon. imprimis contra Bucerum, confecto, vid. Sleid. de statu relig. l. 15. p. 427.) non negante Bucero, cum hac tamen differentia, quod causam apprehensivam Bucerus solam fidem, Pighius dilectionem potius, quam fidem esse, definit, quorsum accedere dicit Bellarminus, quod Pighius & Colonenses Ecclesiae Pontificiae judicio sententiam suam subjicere parati fuerint.

§. 10. Videamus nunc, quomodo antiquum suum II. cc. obtineat Bellarminus, falsa pro veris audacter venditando, quae de re speciminis loco conferri potest Diss. nostra de peccato Orig. Itaque quod ad prius attinet, verba nempe *Apologia contra Confutationem directa*, si ea integra, prout ante a nobis producta sunt, recte inspiciantur, falsitatis facile disjiciuntur nobilæ. Loquuntur enim *Confessores* nostri contra Papistas de fide non nude historica & generali, sed salvifica & speciali, quam distinctionem à nobis factam, non ignorat, sed expresse profert ipse Bellarm. de justif. Lib. I. C. IV. seqq. verbis: fidem Lutherani fere omnes non tam notitiam vel assensum, quam fiduciam esse definunt. Atque eamdem fiduciam specialis misericordiae, fidem justificantem esse docent, conf. dicta §. 4. Et ne quis dubitare possit de mente *Apologiae*, ecce in illa, cuius est *Apologia* s. defensio, *Confessione*, Art. XX. p. 18, homonymia vocis fidei, adducto Augustino, evoluta est, verbis post alia sequentibus: *Augustinus etiam de fide nomine hoc modo admonet lectorum, & docet, in scripturis nomen fidei accipi, non pro notitia, qualis est in impiis; sed pro fiducia, qua consolatur & erigit perterrefactas mentes.* Qvia itaque fidem hanc specialem, in A. Conf. ex scriptura expresse propositam, ad justificationem non reqvirebant *Confutatores*, quem in finem *Apologia* p. 107. circa finem ita loquitur: *De fide, qua apprehendimus propitiatorem Christum, nihil dicunt, imo hanc fidem improbant, (quamvis illi directam ejus refutationem adjungere haud sint ausi) prout eandem quoque rejicit ac refutare conatur Bellarminus, tam de justif. Lib. I. C. IV,* quam



quam iudicio de Libro Concordia Mendac, XXIX; quomodo asseri potest, male fecisse Apologiam, dicendo; quod Pontificii nostram sententiam: fidem nosmet consequiri remissionem peccatorum, rejecerint? etiam si particula: sola, haud proferatur, afferendo, quod sola fide justificemur. Id enim nisi concedere vult Bellarminus, econtrario concedere debet, fidem specialem s. fiduciam de qua A. C. & Apolog. loquitur, ad iustificationem reqviri! Nullius pretii est exceptio Jesuitæ Forerii, quando in male appellato Manuali Lutheranorum p. 9. ait: quicquid sit de acceptance fidei in sensu Protest., male tamen ingenere dictum esse, quod Pontificii fidem non admittant. Nam Resp. non de fide qualicunque modo accepta loqui Apologiam, sed de ea, cuius beneficio sequitur remissio peccatorum, quem effectum fidei, suo sensu acceptæ i. e. historicæ, nullatenus tribuunt Papistæ. Et hæc fides iuxta nos in iustificatis necessario parit B. O., Gal. V. 6. Jac. II., cum econtrario Bellarmin. L. i. C. XV, fidem sensu papistico posse à dilectione separari & in impiis existere, defendat.

S. II. Posterior Bellarm. accusatio non est maioris momenti. Falsum enim est, quod A. C atq; Apologia in exponenda causa justificationis revera a seipsis dissentiant confusionemq; admittant. Licet enim non semper eadem adhibeantur phrases, istud tamen de diversis loqvendi formulis negotium ipsa explicat Apologia p. 69 70. seqv. proferens: Quoties igitur fit mentio misericordia, sciendum est, quod fides ibi requiratur, quæ promissionem misericordie accipit. Et rursus, quoties nos de fide loquimur, intelligi volumus obiectum, scil. misericordiam promissam. Nam fides non ideo justificat aut salvat, quia ipsa sit opus per se de dignum, sed tantum, quia accipit misericordiam promissam. Item pag. 25, ubi expresse dicitur, quod iustificare fit pronuntiare iustum propter alienam iustitiam, videlicet Christi, que aliena iustitia communicatur nobis per fidem. Et post pauca interiecta: Quia iustitia Christi donatur nobis per fidem, ideo fides iustitia est in nobis imputative. Adeo verum hoc est, ut est ipse Bellarminus non audeat firmiter symbolis nostris tribuere variationem, sed saltē suum: videtur, interponat, quod etiam, ubi de Lutherio nostro loquitur, facere cogitur. Calvinum ad nostra non pertinere castra, haud ignorat Bellarmin., quare de eius sententia hic agere iustum haud est. Bucerus, vi relationis istius Cardinalis, à reliquis Lutheranis, quin potius Libris Symbolic. nostris abit, & quod de Libello à Nostris Imperatori Ratiisbonæ oblatu afferitur, fallissimum est, prout ex sequentibus D. J. patet. Osti-

nno

ander denique notiorius est *schismaticus*, cui ad Lutherum provocanti non magis fidendum est, quam aliis errantibus in allegationibus suis. Errores; autem eius satis reiecti sunt in *F. C. Art. III.* tam *Epitome p. 183 seqq.* quam *solida Declarat. p. 681. seqq.* ubi vera sententia uberioris exponitur ac confirmatur. Manifestum igitur evadit, *Bellarmino* de Nostrarium falsitate & tot inter nos confusionibus, cum desperatione de veritate reperiunda conjunctis, conquestum, non solum domesticum quorundam ex suis exposuisse dissensum (vid. §. 9.) sed & propriam suam prodidisse malitiam summamque confusionem!

§. 12. Exposuimus antea breviter tam A. C., quam *Confutationis A. C.*, de *Articulo Justif.* mentem. Sinceros itaque Evangelicos A. C., quam arctissime adhaerere, & ipsa eorum appellatio, quando A. C. socii dicuntur, evincit, & *Form. Conc.*, ad doctrinæ istius tam receptionem quam confirmationem confecta, art. III. demonstrat. Qvod autem Pontificii veram nostram sive potius scripturæ sacræ sententiam, bruto anathematum suorum fulgere in *Conc. Trident.*, multis eum in finem confessis canonibus, percusserint, unicuique ex sola inspectione, ad oculum patet. Qvia vero nihilominus de *statu Controversie*, à *B. Chemnitio*, fortissimi hydrae *Tridentinae* percussore, haud recte formato *Bellarmino*, et si fraudulenter, conquestus est, de *justificat. L. II. C. 11.* & de variis Conciliatorum quod mutuum in præcipuis rebus consensum noti sunt clavores, imprimis cum non obstante *B. Gerhardi* ad crocodilinas *Bellarmini lacrymas*, in *LL. Theolog. de justificat. §. 220. seq.* responsione, *Fabricium Helmstadiensem*, utopico suo *Samaritanismo* unicè intentum, *Bellarmini querelas repete*re, haud puduit, *Controvers. p. 291.* materiam istam aliquantum exactius considerare, summae utilitatis est, qua de re conferri meretur solidissima celeberr. *Fechtii nostri*, *Theologi verè magni*, *dissert.* nuper admodum ventilata, sub tit: *Examen Conciliationis articuli de justif. Syncretistis modernis* præcipue oppositum. Interim in secl. præsenti idipsum facere non licebit; cum alia quædam hic nobis præmittenda sint, ad solidiorem *Artic. de justificatione* pariter ac assertionum sybolicarum, notitiam, nec non perfidiæ *syncretistica* vanitatem facientia. Sicut enim jam *Confutationis A. C.* à papistis consignatae, eamque secutæ à *Nostris Apologie*, (circa quod tempus etiam utriusque partis ad pacem obtinendam institutæ sunt collationes, quarum Actis abuti solent heterodoxi, itemque *Libri cuiusdam Ratisbonensis* haud boni nominis, (quem etiam adducit *Fabricius*) fecimus mentionem; operæ sane pre-

tium,



tium est, hac de re paulo accuratius agere, & qvam varias ante Tridentini Concilii tempus ad sanam de justificatione doctrinam vel eventendam vel saltem obfuscandam artes adhibuerit satan, qvantaqve cura ac constantia, DEO duce, veritas circa id tempus in nostra Ecclesia stabilita sit ac defensa, donec tandem Deo duce Form. Conc. conscriberetur, considerare, imprimis, cum exinde pateat, vix ab hodiernis Samaritanis aliquid dici, qvod non ab eorum Patribus dictum sit prius, & à veritatis amatoribus reprobatum.

**S. 12 RejeEta per Confutationē a Pontificis A.C. magna apud illos de refutatis ex Scriptura Lutheranis erat gloriatio. Sed cum isti ne scriptum quidem suum Nostratibus auderent tradere, in auras abibat gloriationis vanitas. Vid. Lutheri Warnung an seine liebe Zeitischen T. V. Jen. fol. 278. Variis interim iidem artibus ac minis à constantia sua retrahere tentabant Confessores. Cumq; minæ, et si durissimæ, ad deterrendum à veritatis confessione Electorem ejusq; locios non sufficerent, vid. Calestinus T. H. f. 26. Seckendorff. Comm. de Lutheranismo L. II. §. 67. p. 175, ad concordiam reducendam institutum est colloquium, de quo Maimburgius Histor. Luther. L. II. Sect. 30 & 31 referre non veretur, qvod die 16. Augusti, ad manus sumpta confessione, omnia, qua Catholicos (Pontif.) in Conf Aug. offendebant, ita à Melanchtone sint explicata, ut sequenti die jam in XV. articulis ex XXI, circa dogmata fidei conventum esset. Speciatim qvod ad nostram attinet de justificat. materiam, Art. IV V. & VI. affirmatum esse, ait, qvod non sola fide, sed fide & gratia NB. sanctificante (vid. dicta §. 5.) justificemur. Pari modo Joh. Cochlaus in Consilio super XXVIII. articulis Augstenibus Regi Romanorum exhibito die 17. Jun. Ao. 1540. Hagenoe, ad Art. IV. apud Seckendorff. L. III. p. 284, sequentia exhibet verba: Auguste concordavimus, ut non doceatur, qvod sola fides justificat, sed qvod omittatur hac vocula: sola. --- Parit enim scandala in populo, & negligentes circa B. O. reddit homines; csm --- in scripturis nunquam dicatur, --- sed contradicat manifeste sua in Epistola s. Jacobus, & populis per hoc ad B. O. inde votus & piger redditus sit, sicut manifestum est. Verum, prout rationes Cochlaei nullius sunt pretii, ut paulo post audiemus; ita & in relatione memorata more suo, i. e. dolose, semet gesserunt Pontificis filii. Audiri eum in finem accusatus meretur Melanchton, L. I. Epist. 16. hoc mode verba faciens: Cavillabatur Eccius nomen sola, cum dicimus: sola fide justificari homines, neq; tam men rem damnabant; sed dicebat, imperitos offendendi. Nam coegi eum fateri, recte tribui à nobis iustitiam fidei. Voluit tamen nos ita scribere,**

D

qvod



„ qvod justificemus, per gratiam & fidem. Non repugnavi. Sed ille stultus  
 „ non intelligit vocabulum gratiae, (de qua ignorantia plura jam ante perce-  
 pimus ex *Apol.* p. 60.) Vid. *Seckend. L. II.* §. 68. p. 178, ubi etiam exhibe-  
 bet correctionem relationis colloquii adversae partis, t. t. à Protestantibus  
 factam, in quasi conqueruntur, qvod in illa de actis congressus non  
 omnia bona fide sint exposita. *Conf. & Cælestinus Hist. A.C.P. III.* f. 47. B.  
 Declaratur itaq; in correctione memorata, qvod nostram materiam con-  
 cernit, narrari quidem in *Relat. à Pontif.* exhibita, concordatum esse, ut  
 dicatur, qvod fide justificemur, sed non sola fide, quia id nulla scriptura  
 habeat, sed potius contrarium; verum rem nullatenus ita se habere. Au-  
 diamus formalia verba: *Nos, inquit Nostrates, non concessimus, qvod*  
*scriptura non habeat hoc, qvod sola fide justificemur, aut qvod contrari-*  
*um habeat. Imo manifeste reclamavimus, allegatis locis Pauli Rom. III.*  
 „ absq; operibus, & *Eph. II.* donum Dei est, non ex operibus. Deinde post  
 „ longam disputationem concederunt adversarii, qvod remissio peccato-  
 rum contingat neque propter præcedentia neq; propter sequentia opera  
 „ aut merita. Item dixerunt, eam per fidem contingere, & addiderunt, per  
 „ gratiam NB. gratum facientem, addiderunt & sacramenta. Hoc concessio-  
 „ nes diximus, nos non excludere gratiam & sacramenta per vocabulum sola,  
 „ sed excludere opera. Qvod si faterentur, remissionem peccatorum con-  
 tingere per fidem, non propter merita præcedentia aut sequentia, nos de-  
 „ verbo sola non rixaturos esse; & adiecta est additio ad nostrum articulum,  
 „ qvod fateamur, remissionem peccatorum contingere per gratiam gratum  
 „ facientem, & fidem formaliter; per verbum & sacramenta instrumenta-  
 „ liter. Et hoc ipso satis detecta est adversiorum iniquitas circa vocem  
*sola*, nec non ambiguitas in vocabulo *gratia gratum facientis*. Cum enim  
 id de favore Dei gratuito merito accipiatur à Nostris, qvos hoc in passu  
 imitatur ipse *Pighius*, fatente *Bellar. L. I. de gratia & Lib. Arb. C. III.*  
*Controv. T. IV.* p. 168, Eccius procul dubio cum maxima suorum parte,  
 per istud intelligi voluit qualitatem animæ humanae à Deo infusam, de  
 qua acceptione vid. *Bellar. I. c.*, qvi *gratiam illam cum charitate reve-*  
*ra idem esse, contra nonnullos suorum defendit I. c. C. VI. seq.*

§. 14. Actionis Augustanæ, ad conciliationem religionis syncretisti-  
 eam spectantis, mentionem facit *Lutherus In der Warnung an seine*  
*liebe Deutsche T. V. Jen. Germ: f. 178. B.*, qvanquam eo saltet fine, ut il-  
 lam fraude haud caruisse, ostenderet. Qvia autem B. vir, ut ipse ait, ex  
 professo de conventu Augustano haud erat acturus, *Tomi V. edito de acti-*  
*one Augustæ instituta quedam inseruit, ante à nobis adductis consona,*  
*præmissa*



præmissa fol. 91. practica hac præmonitione, es ist vor gut angesehen/ daß die ganze Handlung so viel der fürhanden/durch den Druck aufginge/ daß man diesen Exempel nach in Religions-Bergleichung füreder fürsichtiglich handle/Christum und sein Wort ohn allen Scheu beständig bekenne/den Wiedersachern nicht einen Haarbreit einraume. Notari autem hic probe meretur, qvod ipse Maimburg. H. L. Lib. III. sect. 33. de Melancht. dicat, multa eum plerisq; ex suis non placentia, concessisse, eamq; ob causam in odium venisse apud Protestantes, ac vetitum esse, ne ultra cederet, quo facto colloquium institutum circa finem Augusti exitum habuerit frustraneum, nihilq; conclusum sit. Qvod ipsum eum in finem citamus, ut videatur, Acta Augustana, qualiacunq; sint, eos male citari, quasi articuli nonnulli Augustæ plane fuerint conciliati, qvod Pontificii, Maimburgii sodales, in conventu Hagenoënsi Ao. 1640. proponere haud fuerunt veriti, ut confessores à doctrina olim defensa, jam recessisse evincerent.

S. 15. Qyicqvid ergo sit de nimia Melanchtonis, collocutorum facile primi, in cedendo facilitate, ( qvæ tamen in nostro de justificatione articulo tanta nullatenus fuit, quantam eam fuisse clamavit Maimburg.) percertum tamen est, Apologiam, qvæ, teste Praf p. 48, initio communica-  
to cum aliis consilio à Malanchtone confecta, post ab eodem aucta & edita  
est, totam restituisse rem. Ibi enim Nostratium, sive potius Scripturæ S.  
de sola fide justificante mens, ex limpidissimis Scripturæ fontibus deducta  
est atq; densa. Legatur solū p. 73, ubi sequentia occurunt verba: Offendit  
quosdam particula sola, cum & Paulus dicat: Arbitramur hominem justi-  
ficari fide, non ex operibus. It. Eph. I. Dei donum est, non ex vobis neq; ex  
operibus, ne quis glorietur, It. Rom. III. gratis justificati. Si displaceat ex-  
clusiva: sola, tollant etiam ex Paulo illas exclusivas: gratis, non ex ope-  
ribus, donum est &c. Nam hæ quoq; sunt exclusivæ. Excludimus autem  
opinionem meriti, non excludimus verbum, aut sacramenta, ut calumni-  
antur adversarii. Diximus enim supra, fidem ex verbo concipi. Ac multo  
maxime ornamus ministerium verbi. Dilectio etiam & opera seqvi fidei  
debent; qvare non sic excluduntur, ne sequantur, sed fiducia meriti  
dilectionis aut operum in justificatione excluditur? Idq; in lqq. late de-  
monstratur, sub rubro: Qvod remissionem peccatorum sola fide in Chrt-  
stum consequamur. Absurdum nempe est, à doctrina de sola fide justifi-  
cante, à Scriptura sedulo inculcata, & ad salutem maxime pertinente, cum  
Cochlaeo eapropter dehortari, quia scandalum inde capiatur. Paulus e-  
nim profitetur, se prædicare Christum crucifillum, iudeis scandalum, Ethni-  
cis



eis stultitiam, I. Cor. I. 23, & tamen his omnibus non obstantibus, se nihil statuit, scire inter Corinthios, nisi JESUS Christum, cumq[ue] crucifixum C. II. 2, qvia Christus nimirum, juxta C. I. 24, Dei est potentia ac Dei sapientia, nec non via ad vitam, Job. XIV. 6, unde & Dei veritas manere debeat, non obstante hominum perversitate Rom. III. 3. Eleganter ad argumentum à scandalo ejusmodi accepto desumptum, conclusio-  
nis loco respondet Apol. p. 295. seq. modo: si in unum conferantur omnia scandala, tamen unus articulus de remissione peccatorum, qvod  
„ propter Christum gratis conseqvamur remissionem peccatorum per si-  
„ dem, tantum affert boni ur omnia incommodo obruat. Et hic initio con-  
„ ciliavit Lutheru non tantum nostrum favorem, sed etiam multorum, qui  
„ nunc nos oppugnant. -- Isti rationem Schismatis excitati reddent, qui  
„ manifestam veritatem initio condemnaverunt & nunc summa crudelita-  
„ te perseguuntur. Verum qvicqvid hic de scandalo proponitur, nil nisi  
nudum alit prætextum, neq[ue] ullum inter Christianos haud fucatos, de-  
phras adhibita: sola fides justificat, potest adesse scandalum, modo con-  
sideretur, qvod firmissimo S. Scripturæ hic nitamus patrocinio, neq[ue] ali-  
ud qvid qværamus, qvam ut non minus fidei atq[ue] merito Christi, qvam  
operibus nostris sua constet dignitas. Nam qv[er]i sola fide justificantur,  
Rom. III. 28, per fidem hunc filii Dei Joh. I. 12, sed fides non potest non  
per charitatem efficax esse, Gal. V. 6, haud qvidem ad constitnendam sive  
efficiendam justificationem & salutem, Eph. II. 8. 9. Rom. IV. 4. 5, sed in art.  
renovationis & ad justificationem demonstrandam; cum simus opus Dei,  
conditi in Christo JEsu ad B. O, ut in iis ambulemus, ibid. Eph II. 10. Qui-  
bus rite perpensis, scandalum Gochlænum non nisi à mala apud Papistis  
fidei salvificæ definitione, dependere perspicimus, qvaf illa nihil  
esset aliud, qvam assensus aliquis & otiosa notitia historiæ, qvæ cism peccato  
mortali possit existere, qvod merito reprehendit Apol. p. 68. Juxta du-  
ctum Scripturæ autem, nomen fidei salvificæ accipitur non pro notitia,  
qualis est in impiis, sed pro fiducia, qvæ consolatur & erigit perterrefactas  
mentes, ut loquitur A. C. Art. XX. pag. 18. conf. Ebr. XI. 1. coll. C. X. 22.  
35. 38. 39. Matth IX. 2. 1. Tim. I. 15. Vid. §. 4.

§. 16. Constantiam Nostratium horrendum excepit decretum,  
Imperatoris nomine Augustæ publicatum, qvod, qvanticum nostram con-  
cernit materiam, exhibebimus, una cum judicio Lutheri, qvōd conti-  
netur in der Glossa auf das vermeinte Kaiserliche Edict. Verba Decre-  
ti T. V. Opp. f. 298. sunt: Und nachdem aus der heiligen Schrift of-  
fenbahr ist / daß der bloße Glaub allein ohn Lieb und gute Werck  
nicht gerecht mache auch Gott die guten Werck an vielen Orten der



Schrifte erforderet soll der Articulus dass der Glaub allein gerecht mache und gute Werke verworfen werden nicht geprediget noch gelehret werden. Ad hæc verba regerit Lutherus: Was sie (Papistæ) hie sagen/ (nihil hic dictum vult Megalander contra Cæsaream Majestatem aut magistratum; sed malitiosos illos seductores, qui sub nomine Imperatoris malitiam suam explere tentabant, juxta initium tract. cit. fol 208. B.) von guten Werken nicht zu verworffen/das reden sie abermahl mit blinden Worten bößlich / uns. damit zu verunglimppfen/ als verworffen wir gute Werke/ so sie es doch wol anders wissen/ das wir mehr auff gute Werke treiben/denn das ganze Vabstithum je gethan hat. Qvoad cætera quoque ignorantiam eorum malitiosam reprehendit Lutherus. Et sic in periculoq; quidem, ob intentatas persecutioes, res Protestantium versabantur statu; interim tamen, Turcico ingruente bello, non solum malus effectus cessavit; sed etiam post varias actiones ao. 1532. Cæsar pacem publicam totius Germania sanxit, & ne religionis causa ultra molestia creetur, edicit, adusq; corciliij tempus, teste Sleid. L. 8. p. 227, qui confirmationem pacis istius ao. 1539. in conventu Francfortensi factam esse, refert Lib. 12. p. 341.

§. 17. Maxime quidem Syncretistarum molitionibus favere videtur tractatus Melanchtonis 1536. exaratus, qui sub rubro: Consilium de moderandis controversiis in articulis religionis precipuis, scriptum ad Gallos, extat P. IV. Opp. p. 823. seq. In eo enim sub tit. de justificatione sequentia statim leguntur verba: Controversiam de justificatione ipsa tempora mollierunt. Nam de multis convenit inter doctos, de quibus fuerunt initio magna certamina. Et paulo post: Quare, si Pontifex aut ipsi Reges darent operam, ut aliqui boni & prudentes viri coltovererentur, facite posset hac controversia de justificatione dijudicari ac dirimi. Denique sub finem: si hoc modo colligantur ea, quæ convenient, pauca controversia reliqua erunt. Verum notandum hic (1), verba Melanchtonis privata, si à veritate recederent, juxta LL. symb. effatum dijudicanda esse, nullatenus autem veritati præjudicare posse. (2) Nihilominus in contextu scripti propositi antidotum esse paratum. Loquitur enim Melanchton ex hypothesi bonæ spei, quam de adversariis, ob meliorem nonnullorum de istis materiis loquendi rationem, conceperat. Ita enim conceptis verbis differit: Arbitror: omnes prudentes viros probaturos esse hunc articulum, quod remissio peccatorum contingat fide, i. e. fiducia in Christum, non propter nostra opera, & statim post: omnes jam concedunt, quod homines procul absint à perfectio-



ne legis. Ideo concedunt etiam saniores apud adversarios, principaliter homines justos, i. e., acceptos esse fide, h.e. fiducia misericordiae promissa propter Christum, & quod illa inchoatio legis in nobis placeat, non quia legi satisfaciat, sed quia persona est reconciliata in Christo. Ast verò ex Actis Ratisb. A. 1541, (de quibus in seq.) quantopere concepta, hæc spes fecellerit Melanchtonem, perspicere licet. Tentata enim articuli de justificatione hominis conciliatione, non solum non potuit Controversia re ipsa citra fucuni dirimi, sed & experiri necesse habuit Melanchton, quod in urbe Ratisb. etiam post colloquium, edita sint propositiones, que aperte damnant nostram sententiam — de fide justificante, quæ ad re totidem verbis conqueruntur Status Protestantes in Responso de libro Ratisb. Opp. Melancht. P. IV. pag. 754, seqventi etiam adjuncta exclamatione: si multi in altera parte duri, suas falsas persuasiones ita pergent defendere, quæ spes poterit esse tranquillitatis aut concordie?

§. 18. Sed audire iterum licebit B. Lutheri, sive potius Libri symbolici, à summo isto vivo non longe post allegatum Melanchtonis scriptum consignati, judicium. Percepimus paulo ante, ad Concilium instituendum rejectum esse religionis causam. Cum igitur 1537. Papa Paulus III. Concilium (quod revera tamen impedire conabatur) indicaret, injunctum est B. Luthero, ut eodem anno articulos doctrine conscriberet, qui Smalcaldicorum nomine à loco sunt insigniti, ut constaret, quid & quatenus Pontificis cedere possemus. Vid. Praefat. eorum p. 293. Et hi articuli non solum t. t. unanimi Theologorum subscriptione sunt muniti p. 337. seqq, sed etiam tanti postea habitu, ut Opp. Melancht. P. IV. p. 807. in scripto, quod in colloquio Wormatiensi Ao. 1557. sub tit. Formula Concordia de articulis controversis, exhibutum est, hæc, ad autoritatem Artic. Smalcald. spectantia legantur verba: D. I, pium consensus in Ecclesiis nostris omnibus fideliter tueri volumus juxta A. C. exhibitam & Apologiam & Articulos scriptos, quibus additæ sunt subscriptio[n]es in conventu Smalcaldensi, nec recepturi sumus ulla dogmata pugnacia cum ea doctrina. Quam ob causam in Form. Cone. Ao. 1580. Articuli Smalcald. aliis Libris symbolicis adjuncti sunt. In ipsis igitur Artic. smalcald. P. II. Art. I. pag. 304, sana de justificatione doctrina sequentibus legitur confirmata verbis: Hoc cum credere necesse sit (nempe, quod extat Rom. III. 24. &c.) & nullo opere aut lege aut merito acquiri & apprehendi possit, certum est & manifestum, solam hanc fidem nos justificare, Rom. III. 23. 26. Quare etiam porro p. 305, Nos de hoc arte ne minimum quidem cedere posse, additur. Vid. verba jam ante adducta



ducta in prof. Eqvidem in eorundem artic. P. III. p. 317, hæc præmissa legitur inscriptio: *In sequentibus articulis agere priusquam cum doctis & prudentibus viris, vel etiam inter nos ipsos, & postea Art. XIII.* pag. 335, hic post alios occurrit titulus: *Quomodo coram DEO homo justificetur, & de B. O.* Unde videtur seqvi, doctrinam circa hunc articulum nondum seu firmam fuisse receptam, sed forte saltem seu problematicam, cum c. l. dicatur de his art. adhuc agi posse; qvoad quatuor autem articulos Part. II. *firmitas & certitudo* fuerit commendata pag. 316. Ast, qvōd hæc nullatenus sit mens prælaudatorum Lutheri verborum, ex ipfa art. *Justificationis* consideratione patet; cum non solum vera de *Justificatione* doctrina locum suum, & qvidem primum, in P. II. jam obtinuerit, prout ante audivimus; verum citatus qvōqve Art. XIII. P. III. his vocibus inchoetur: *quod de Justificatione hactenus semper & assidue docui, mutare nec in minimo possum.* Addatur. pag. 337, ubi adest conclusio libri, his tradita verbis: *Hi sunt Articuli, in quibus constanter me esse oportet, & constans ero usq; mortem meam, DEO dante. Et nec mutare nec concedere quicquam in illis possum.* Nihil ergo aliud verbis inscriptionis ante adductis indicatur, qvam qvod in Concilio congregato, de uberiori declaratione & deductione XV. Articulorum, qvoad materias nondum expressas, cum doctis viris agi queat. Pauca enim de singulis tradita esse, inspectio docet.

§. 19. Novum qvidem adhuc, idqve apparet gravius oritur dubium, qvando B. Luth. in citato Artic. XIII. renovationem justificationi immiscere videtur, dicendo: *Nos per fidem, ut Petrus loquitur (nempe Act. XV. 9.) aliud novum & mundum cor acquirere, & DEUM propter Christum mediatorem nostrum nos justos & sanctos reputare.* Hoc sane dubium tantum vñsum est Chyrae, nostræ qvondam Rostoch. Academiæ Theologo celeb., ut illud reliquis monitis, Facultatis nomine Ao. 1578. & 79. Jacobo Andreae caterisq; Theologis, concordia negotium gubernantibus, (ita enim Epistola inscriptio concepta est,) per literas communicatis, inserere nullus dubitaret. Hilari fronte monita Epistolarum Chyrai, Historiæ suæ vere hereticæ inseruit Godef. Arnoldus, mirus calumniarum erga symbola Ecclesiæ nostræ architettus, ea nempe intentione, ut ex innocuis verbis, more suo, pessima exprimeret. Vid. illius Secul. XVI. C. 18. §. 9. Cum enim prælaudati antecessores nostri loca qvædam LL. Symb., qvæ offensionem nonnullis præbere videbantur, eo indicarent fine, ut communi, qvæ ratione dubiis motis qvam optimè occurri posset, exponeretur considerationi, (Vid. Episto-



Epistolæ citatæ in volumine *Epistolarum* p. 1132. & 1182.) Arnoldus iste Chytræo, quod LL. symbolicis ac speciatim Artic. Smalcald, errores adscribat fundamentales tribuere haud veretur. Verba I. c. p. 210, sunt sequentia: *So haben auch bereits im vorigen Seculo die Theologi selber ungescheuet sehr viel und wichtige / ja rechte Grund Erthymer an gemercket / die in den Symbolischen Büchern ausdrücklich enthalten wären/ ad quod probandum ex citata Chytræi Epistola, Ao. 1579. d. 15. Decembr. communi, ceu dictum, Theologorum nomine, exarata, inter alia sequentia, quæ ad locum mox citatum respiciant, proferuntur. Dass die Rechtfertigung nicht allein durch die Vergebung der Sünden: sondern auch durch die Erneuerung beschrieben werde wie es in der Apol. und den Smalcald. Articulis geschehen.* Verum quam absurdum sit asserrere, quod per Epistolas Chytræi Libris symbolicis fundamentales affrimentur errores, ex aperta earundem literarum declaratione, ab Arnoldo malitiose prætermissa, constat. In epistola enim, juxta datum adscriptum Ao. 1578. exarata, non longe post initium hæc leguntur verba: *Nos quidem (Theologi Rostoch.) & precibus nostris privatis & publicis deliberationibus vestris adsumus, & summam doctrine, seu dijudicationes & decisiones disputationum de Articulis controversis, in libro Concordia comprehensam, probamus, ut subscriptione nostra testari sumus, nec NB. ab illa doctrine norma nos, DEO juvante, unquam se jungemus.* Deinde, post quædam interjecta monita, scopus ipsarum literarum his verbis indicatur: *Hæc & similia, an mutanda sint in editione, vel in prefatione aut appendice Libri Concordie declaranda, pro vestra pietate & prudentia cogitabitis.* Denique hæc subjungitur conclusio: *sed vobis hæc & alia rectiora, spiritum sapientiae & consilii divini suggerere, & tamen fidas amicorum monitiones gratias esse, non dubitamus; itaque veniam nobis benigne à pietate vestra datum iri plane confidimus.* His vel obiter solum perfectis appareat, (1) optatum, quoad NB. normam professionis ac rem ipsam, Rostochienses inter ac reliquos Theologos Concordiæ negotium gubernantes, fuisse consensum. (2) Scopum monitorum propositorum fuisse, ut de locorum quorundam declaratione caperetur consilium (3) Rostochienses merito illud considerasse Apostoli, 1. Cor. XIV. 32, *spiritus Prophetarum Prophetis subjici*, vid. & v. 37, indeoque ad audienda non minus responda solida, quam proferenda monita sua, promptos sermet exhibuisse. Qvibus ex causis optatum quoque deliberationes de Concordiæ negotio, ringentibus licet hostibus, habuere successum. Digna sunt, quæ conferantur cum his,

epistola



epistola Ao. 1579. exaratae, verba. Post repetita enim, ob nondum acceptam responsonem illa, qvæ per superiorem epistolam jam exposita erant, dubia, seqentes subjunguntur voces: *Hac etsi jam mutari nequeunt, & de his capitibus universis plane ὄμοιηνται καὶ ὄμοισθοι sumus, tamen eo consilio recensimus, ut communem nostram in communi hac causa, omnium maxima & periculosisima, solicitudinem & τυρπάθειαν vobis declaremus, & nos ad ardentiorem Dei invocationem in tanti momenti negotio exsuscitemus.* Tuam nunc fidem, Arnolde! Si testibus epistolis Chytræi errores in Libris Symbolicis adsumt fundamentales; an ergo in agnitiis erroribus fundamentalibus, ὑμοιηνται aliis potuit esse Chytræus, tantus & doctrina & pietate Theologus? Tota igitur res ad malam reat verborum Chytræi explicationem, ab Arnoldo contra contextura institutam, necesse est! Qvia enim Chytræus, in Epistola Ao. 1579. scripta, hæc etiam proposuerat verba: *His & similibus αὐγολογίαις, quomodo in editione medendum sit, diligens cura vobis adhibenda erit, prudendorum exinde errorum fundamentalium occasionem arripuit Arnoldus.* Sed αὐγολογίας sive impropria locutionis à Chytræo adhibita vox, sensum non statim arguit erroneum; verum saltē, inconsuetam vel haud accuratam loquendi rationem adhibitam esse, innuit. Cumqve h. l manifesta extet Chytræi de consensu suo confessio, nullatenus Salva veritate & conscientia aut ex voce αὐγολογίας, aut reliquis prolati, tanta excuspi debent monstra. Considerandum esse, in priori epistola dixerat Chytræus: an forte mutari unus vel alter LL. symb. textus, dubium movens, in nova posset editione? ita tamen, ut statim melius adderet medium, de instituenda nempe per præfat. declaratione. In posterioribus vero literis, de medela saltē adhibenda generatim loquitur, qvin etiam, hæc jam mutari non posse, recte profitetur; cum scripta jam ante edita truncare neque liceret, neq; necessitas exigeret. Mutatio enim, si qvæ facta esset, maximam hostibus Ecclesiæ de immunitata iterum doctrina, clamandi præbuisset ansam, & quid Melanchtonis in variando effecerit pruritus, in vulgus notum est. Qvod autem nequaquam vera necessitas urserit, loca qvoad sensum innocua, non obstante qvod hostium premerentur calumniis, mutare, inficiari haud poterit, qui considerat, in ipsa Scriptura varias occurrere loquendi formulas, primore intuitu aliquid in se offensionis habentes, nisi dextre explicentur, e.g. indurare ad peccata, execicare & similes, propter quas tamen Scripture sine blasphemia error imputari nequit; prout dignissimus Chytræi nostri loquitur

successor, *Dn D. Fechtius, scholis in A. C. Msc. C. I. §. 27.* Sufficit nimirum, in nullo locorum à Chytræo objectorum ab adversariis verum ostendit posse errorem, modo ex contextu aliisque circumstantiis res debito modo dijudicetur. Ostendit id ipsum l. c. solide *Fechtius noster* §. 28. seq., ex cuius fontibus hortum suum saepe irrigare gavisus est celeber. *Dn. D. Sthelguigius in Synopsi Art. V. quest. 7. & seq.* His præsuppositis, reliqua quidem alii D. J. reservamus loco; Nostrum vero Smalcaldicorum articulorum textum rite vindicabimus.

§. 20. Nihil itaq; si rem bene consideramus re ipsa in commodi, multo minus heterodoxi, quid dicam erroris fundamentalis, continet locus antea objectus. Pugnasse in *Art. Smalc.*, ut qvibusvis aliis scriptis, *B. Lutherum contra Justificationis gratuitæ, ac renovationis per opera conspicuae, confusionem, ex superioribus patuit.* In *Art. XIII. P. III.* vero *Megalander*, postquam expresse protestatus erat: *quod de Justificatione haetenus semper & assidue docui, mutare nec in minimo possum, de fidei officio sermonem instituit, nosq; per illam quidem aliud novum ac mundum cor (ratione renovationis) acquirere largitur;* qvandoquidem fides per charitatem est efficax, & cor nostrum in hac vita inchoative mundum esse debet; interim, qvia in hoc opere præcipuum primumq; fidei munus haud consistit, addit *B. vir*; *Deum qvoq; per fidem propter Christum mediatores nostrum nos justos & sanctos reputare, quod ipsum præcipuum est fidei munus, Justificationis nomine insignitum, ac personam hominis Deo gratam reddit, ut is peccatum, sicut pergit Lutherus, et si nondum plane ablatum, non velit imputare nec meminisse.* Hanc ob causam sequentia qvoq; mox subjunguntur verba: *hanc fidem (utrumq; prestantem, scilicet) renovationem (ad opera immediate facientem) & remissionem peccatorum (sive Justificationem, qvæ renovationem necessario præcedit) sequuntur B. O., & quod in illo pollutum & imperfectum est, pro peccato & defecto non censetur, qvia nempe post reconciliationem personæ justificatae opera Deo specialiter placent.* Atque ita, prout tandem subjicit Lutherus, *totus homo, cum qvoad personam suam, (imputative) tum qvoad opera (inhæsive) justus & sanctus est* (dispari licet modo, suppositaque operum imperfectione) *ex mera gratia & misericordia.* Nihil in hac explicacione injusti reperitur aut coacti! Qvod si præterea rationem desideres, qvare in nostro textu renovatione, contra ordinem naturæ præponatur *Justificationi*, respondemus, *id efficere h. l. ipsam Justificationis dignitatem; qvia scil. B. Luthero, contra Papistas operarios differenti, à minori fidei effectu ad majorem.*

pro-



progredi placuit. Et hæc responsio vocem renovationis in famoso, quæta etiam Chytræus in objectione seqvitur, relinqvit significatu, ac præter alios placet acutissimo Carpzovio, in Isag. p. 877. dicenti: *Ostendere volunt (Lutherus) conjuncta quidem, sed tamen distincta beneficia esse, nempe justificationē & renovationem. Sunt tamen, qui ad generalem vocationem novi cordis ac renovationis, acceptiōnem respiciendum esse existimant, dicentes: his terminis nihil aliud à Luthero indigitari, quam novum Justificationis statum. Cujus explicationis mentionem injicit prælaud. Fechtius l.c. §. 30, ubi sequentia exhibet: Potest quoq[ue] dici, mundum cor acquirere (sive, purificare cor) non tantum renovationem, sed & justificationem. Ita Osiander ad h. l. (nempe Act. XV. 9.) Purificavit corda, ut coram ipso justi, sancti & vita eterna heredes censerentur. Ita Gerhardus Loco de justific. §. 130. sub finem: Fides purificat corda, primo imputative, dein etiam inchoative. Neque enim per purificationem intelligitur tantummodo liberatio à sordibus errorum. -- Ut adeo purificari corda, sit remitti peccata ob apprehensum fidei meritum Christi, quod fit in justificatione. Laterem itaque lavat mysterii iniqvitatis sub pietatis larva prece Democritus (sive Dippelius,) quando Lutheri verba in præsenti articulo adhibita, illis, qvæ in sola declarat. p. 964. habentur, opponit. Nam, sicut à Declaratione l. c. recte inter errores recensetur, quando dicitur, quod justitia fidei coram Deo duabus partibus constet, & remissione peccatorum & renovatione seu sanctificatione; ita nullatenus probari potest, aliam esse B. Lutheri in Art. Smalc. mentem.*

§ 21. Sic ergo per articulos Smalc. nullatenus turbata est, sed conservata sanæ de Justificatione doctrinæ puritas. Non destitit tamen postmodū, à nefario thesaurum hunc corrumpendi conatu, satan. Cum enim gloriissimus Imperator Carolus V., dissidium religionis per colloquia ulterius tentaret componere, ac conventus indicatus esset Hagenœ ao. 1540, absente Cæsare, die 16. Julii propositio per Cancellarium Trevirensim facta est sequentem in modum: qvia Augusta ao. 15. d. Articuli nonnulli, qvorum exhibebatur index ab Eccio conscriptus, & ad qvos etiam noster de Justificatione referrebatur, fuerint conciliati, ad reliquos nunc esse progrediendum. Verum facta hæc fuisse, & vel ad illaqueandos æqvocationibus Protestantes, vel impediendum talibus artibus colloquium, spectasse, manifestum est; vid. Sleid. Comm. L. XIII. p. 368, & Seckendorff. H. L. Lib. III. §. 79. p. 283, cum ipse Maimburgius juxta superius notata, nihil conclusum esse Angusta, referat. Qvam ob causam de mala Eccii fidei conquesti sunt Protestantes, apud Seckend. l. c., ac in

E 2

agnita



agnita semel veritate firmiter persistenterunt. Secutus est circa finem A. 1540. conventus Wormatia adornatus, in quo prædictus qvidem cessavit conciliationis factæ prætextus; veruntamen de nullo, nisi secundo A. C. articulo, nempe de peccato Orig., à Collocutoribus, Melanchton & Eccio actū est, (vid. diff. de P. O.) publicato die 18. Jan. Cæsar's rescripto, ut ad tempus Comitiorum, Ratisbona, se præsente habendorum, differretur colloquium. Et in his comitiis Ratisbonensibus, ut alia mittamus, qvoad principalissimum de justif. articulum tanta lucis ac tenebrarum tentata est mixtura, ut ille etiam pro conciliato cæperit venditari, effectu licet frustraneo. Qvæ qvidem acta eo notabiliora sunt, cum hinc inde (e. g. paulo ante à Bellarm.) ad ea videamus provocari, & nihilominus neque opera Melanchtonis, qvæ librum Ratisb. cum aliis eo spectantibus P. IV. exhibent, in multorum sint manibus, observante Seckendorff; neque ex Epitome Osiantri, (qvæ tamen Interimisticum continet librum,) vel aliis scriptis vulgationibus, de iis, qvæ ad nostrum pertinent scopum, sufficiens hauriri possit notitia.

§. 22. In Ratisbon. itaque comitiis, ao. 1541. habitis, Cæsar seposita A. C. consideratione, collocutoribus qvos elegit, nempe à nostra parte Melanchtoni, Bucero, & Pistorio, à parte Pontif. Pflugio, Gropper & Eccio, librum proposuit, ad concordiam restituendam, prout existimabat, per qvam commodum, & clam à legato Pontificis aliisqve Papistis, instituta aliquali mutatione, jam approbatum, fatente Maimburgio H. L. Lib. III Sect. 22. & Pallavicino Hist. Conc. Trid. L. XIV. §. 3. Qui liber qvidem tam ambiguus conceptus erat verbis, ut in nostram sæpe sententiam posset accipi, revera autem ad stabilienda papismi principia tendebat. Qvod ad flexiloqvas pertinet libri locutiones, cum papismo non satis conformes, illas Maimburgius L. III. Sect. 22, exinde deducit, qvod capitibus propositis manum admovisse, & venenum heresios sua, (ut blaterat) subtiliter instillasse Bucerum, compertum fuerit, citato eum in finem Cochlear. Verum non satis probari potest, Bucerum operi illi manum admovisse, qvod tamen pluribus procul dubio tribuendum venit, prout & ipse Imperator in Recessu comitiali librum illum à bonis & eruditis Doctoribus compositum asseruit, pro conscientia sua credentibus, posse illum sine prejudicio fidei catholicae, (Papisticae) acceptari, qvæ iterum sunt Maimburgii verba. Conf. Seckend., qui præter Legatum Papæ & Gropperum, ex Pontif. etiam Badiam & Eccium (etsi haud fere invitum) librum illum approbasse ostendit, Hist. Luth. L. III. §. 85. Absurde, Bellarm. librum hunc Imperatori pronunciat exhibitum esse à Lutheranis quorum



quorum Princeps Bucerus erat, L. II. de Justificat. C. I. Cont. T. IV. p. 328. *Eo absurdius autem illud est, qvo certius constat, tam manifestas in Libro isto comprehendi falsitates papisticas, ut plurimi pariter ac gravissimi articuli nullatenus potuerint conciliari,* (Conf. Maimburg. sect. 25.) qvibus peculiare scriptum oppo'uit Melanchton, Opp. P. IV. p. 734. seq. reperiendum. Qvin etiam prænominatus Gropperus, referente Pallavicino Hist. Conc. Trid. C. XIV. §. 4, à legatis Papæ pro autore se haberi haud detrectavit.

§. 23. Inchoato autem inter præmemoratos Collocutores colloqvio, instituta hinc inde est nova articulorum, qui conciliati postmodum dicti sunt, mutatio, de qua ipsius Melanchtonis legi meretur relatio in den Theologischen Rathschlägen/ editis à Pezelio in 8. p. 141. Percipimus nempe exinde, articulum justificationis ad nos pertinentem, non solum nimis prolixis verbis in Libro à Cesare commendato suisse conceptum; sed & locutionibus, tam Melanchtoni quam Eccio haud placentibus, refertum, qvare tandem instituta collatione sententiarum, ea qvæ nunc legitur formula, aliquanti consensu confecta sit & approbata. De modo consarcinandi formulam istam si qværvis, Seckendorff qvidem l. e. pag. 364. B, ex epistola quadam Lutheri afferit, scripsisse Megalandrum, nescire se, qvid de articulis conciliatis convenit esset, addens, nam nec illi (Luther) constabat, nec hodie ex actis certi aliquid apparat; interim tamen qvoad articulum justificationis ad scopum hunc faciunt, qvæ in prædicta relat. Melancht. seqventibus leguntur verbis: *Wir haben also endlich diese Forma, als guth sie ist/ zusammen geflickt/ mit grosser Arbeit/ und hat Gegenthil viel List gebrauchet mit Eilen/ mit Wortwechseln und sonstens uns zu betriegen // und ist also diese kurze Form (comparative loquitur, Met., cum ea adhuc satis prolixa sit) ins Buch gesetzet / und die vorigen langen Theidingen weggethan.* Conferri quoque potest Epist. Lutheri ad Elect. Saxon. Opp. Lurh. Jen. Germ. T. VII. f. 445. seq., ubi, perspici posse, dicit, rejecta ab adversariis nostrâ, & à nostris adversariorum formula, sey diese weitläufige geflickte notel kommen/darin sie recht und wir auch recht haben

§. 24. Accedimus nunc ad perlustrandam correctam vel consarcinatam à Collocutoribus, Libri Ratisbonensis formulam, qvæ quintum in ordine tenet locum, & inscriptionem gerit: *de Justificatione hominis.* Cumque ob prædictas causas avtochia Lectoris haud sit in-

digna, integrām eandem, subjectis qibusdam notis, exhibere haud gra-  
vabimur. Seqwentem igitur in modum concepta est:

### V. DE JUSTIFICATIONE HOMINIS.

§. 1. **N**ulli Christiano dubitandum est, post lapsum primi paren-  
tis omnes homines, ut inquit Apostolus, nasci filios iræ &  
inimicos DEI, eoqve esse in morte & servitute peccati.

§. 2. Item, nulli Christiano ambigendum est, nullum homi-  
nem posse DEO reconciliari, itemqve liberari à servitute peccati, nisi  
per Christum unum Mediatorem Dei & hominum, per cuius gratiam,  
ut inquit Apostolus ad Romanos, non tantum reconciliamur Deo, & li-  
beramur à servitute peccati; sed etiam efficimur consortes divinæ na-  
turæ & Filii Dei. Item perspicuum est, qvod adulti non conseqvuntur  
hæc beneficia Christi, nisi præveniente motu Spiritus S., quo eorum  
mens & voluntas movetur ad detestationem peccati. Nam impossibi-  
le est, ut inquit Angustinus, novam vitam inchoare, nisi prioris nos pœ-  
niteat. Item Lucæ ultimo Christus jubet prædicari in nomine suo pœni-  
tentiam & remissionem peccatorum, Johannes etiam Baptista missus ad  
parandas vias Domini, prædicavit pœnitentiam, inqviens, pœniten-  
tiā agite, adpropinquat enim regnum cælorum. Deinde à Spiritu S.  
movetur hominis mens in Deum per Christum, & hic motus est per si-  
dem, per qvam hominis mens certo credens omnibus, qvæ tradita sunt  
à Deo, etiam certissime & sine dubio assentitur promissionibus nobis  
exhibitis à Deo, qvi, ut dicitur in Psalmo, fidelis est in omnibus verbis  
suis. Et ex eo fiduciam capit, propter promissionem Dei, qva pollici-  
tus est, se remissum peccata gratis, & adoptaturum in filios credentes  
in Christum, eos inqnam qvos prioris vitæ pœnituerit, & hac fide erigi-  
tur in Deum à Spiritu S., Ideoqve accipit Spiritum S., remissionem pec-  
catorum, imputationem justitiae & innumera alia bona.

§. 3. Firma itaqve est & sana doctrina, per fidem vivam,  
& efficacem justificari peccatorem. Nam per illam Deo grati & accepti  
sumus, propter Christum. Vocamus autem fidem vivam, motum Spi-  
ritus S., quo vere pœnitentes veteris vitæ eriguntur ad Deum, & vere  
apprehendunt misericordiam in Christo promissam, ut jam vere sentiant,  
qvod remissionem peccatorum & reconciliationem propter meritum  
Christi, gratuita Dei bonitate acceperunt, & clamant ad Deum, Abba Pa-  
ter, id qvod tamen nulli obtingit, nisi etiam simul infundatur charitas  
sanans voluntatem, ut voluntas sanata, qvemadmodum D. Augustinus  
ait,



ait, incipiat implere legem. Fides ergo viva ea est, qvæ apprehendit mi ericordiam in Christo ac credit justitiam, qvæ est in Christo, sibi gratias imputari, & qvæ simul pollicitationem spiritus S. & charitatem accipit. Ita qvod fides quidem justificans, est illa fides, qvæ est efficax per charitatem; sed interim hoc verum est, qvod hac fide eatenus justificanur, id est, acceptamur & reconciliamur DEO, qvatenus apprehendit misericordiam & justitiam, qvæ nobis imputatur propter Christum & ejus meritum, non propter dignitatem seu perfectionem justitiae nobis in Christo communicatæ.

§. 4. Etsi autem is qui justificatur, justitiam accipit & habet per Christum etiam inhærentem, sicut dicit Apostolus, abluti estis, sanctificati estis, justificati estis &c., qvare sancti Patres justificari etiam pro eo, qvod est inhærentem justitiam accipere, usurparunt: tamen anima fidelis huic non innititur, sed soli justitiae Christi nobis donatae, sine qua oratione nulla est, nec esse potest justitia. Et sic fide in Christum justificamur seu reputamur justi, id est, accepti, per ipsius merita, non propter nostram dignitatem aut opera. Et propter inhærentem justitiam eo justi dicimus, qvia qvæ justa sunt, operamur, juxta illud Johannis: Qui facit justiam, justus est.

§. 5. Et qvanquam in renatis semper crescere debent timor DEI, patientia & humilitas, & aliæ virtutes, cum renovatio sit imperfecta, & hæreat in eis ingens infirmitas: tamen docendum est, ut qui vere poenitent, semper fide certissima statuant, se propter Mediorem Christum Deo placere, qvia Christus est propitiator, Pontifex & interpellator pro nobis, quem Pater donavit nobis, & omnia bona cum illo.

§. 6. Qvoniam autem perfecta certitudo in hac imbecillitate non est, suntque multæ infirmæ & pavidæ conscientiæ, qvæ cum gravi sepe dubitacione luctantur, nemo est à gratia Christi propter ejusmodi infirmitatem excludendus, sed convenit tales diligenter adhortari, ut iis dubitationibus promissiones Christi fortiter opponant, & augeri sibi fidem sedulis precibus orient, juxta illud, adauge nobis Domne fidem.

§. 7. Item Christiano cuique debet esse compertum, non in hoc datum esse nobis hanc gratiam & hanc regenerationem, ut in eo gradu innovationis nostræ, quem primum nactu sumus, otiosi consistamus, sed crescamus in ipsum per omnia, qui est caput. Ideoqve docendus est populus, ut det operam huic augmento, qvod quidem fit per B.O. & interna & externa, à Deo mandata & commendata, qvibus Deus promisit propter



"pter Christum in pluribus locis Evangelii clare & manifeste mercedem,  
"bona tam corporis quam Spiritus, in hac vita, prout divinæ providen-  
"tiæ visum fuerit, & post hanc vitam in cœlis. Ideoqe quamvis hære-  
"ditas vitæ aeternæ propter promissionem debeatur renatis, etiam cum  
"primum in Christo renati sunt, nihilominus etiam reddit Deus bonis  
"operibus mercedem, non secundum substantiam operum, nec secundum  
"qvod sunt à nobis; sed quatenus in fide fiunt, & sunt à Spiritu San-  
"cto, qvi habitat in nobis concurrente libero arbitrio, tanquam  
"partiali agente.

§. 8. Et amplior & major felicitas erit eorum, qvi majora-  
& plura opera fecerunt, propter augmentum fidei & charitatis, in qua-  
creverunt hujusmodi exercitiis.

§. 9. Qui autem dicunt, sola fide justificamur, simul tra-  
dere debent doctrinam de poenitentia, de timore DEI, de judicio DEI,  
de Bonis operibus, ut tota summa prædicationis constet, sicut Christus  
inquit: prædicantes poenitentiam & remissionem peccatorum in nomine  
meo. Idq; ne hæc loquendi formula aliter quam prædictum est, intelligatur.

§ 25. Hucusq; formula Ratisb. Agitur hic vi rubri de *Just.*, non facta si-  
mul in titulo isto B.O. mentione, cum tamen nihilominus in nigro materia  
de B. O. simul pertractetur. Qvod non potest non extemplo suspicionem  
movere, qvod forte lateat anguis sub herba; cum constet, eam ob cau-  
sam gravissimas cum Pontif. intercessisse controversias. Ad hoc discri-  
men observandum in A. C. peculiaris conspicitur articulus, nempe VI, de  
nova obedientia, cum in nostro IVto agatur de *Justificat.*, & in *Artic.* Smalcald. P. III. Artic. III. dupli gaudet inscriptio, nempe:  
quomodo homo justificatur & de B. O. sed aggrediamur ipsam materiam  
itaque §. I. recte docetur: *omnes homines nasci filios ira*, & §. 21, qvod  
*nullus hominum possit DEO reconciliari, nisi per Christum*, qvodqve ho-  
mines non consequantur bac beneficia Christi, nisi præveniente motu Spi-  
ritus S., -- ad detestationem peccati, qvæ est contritio, seqvente deinceps  
ejus motu per fidem, qva de re varia adhuc adjunguntur verba, qvæ bo-  
num possunt habere sensum, & inter alia tres exhibent fidei partes, no-  
titiam, assensum & fiduciam: quamvis sub generali *motus mentis*, à Spi-  
ritu S facti, mentione, falsitas Papæa, de aliquo arbitrii in spirirualibus liber-  
tate occultari queat, qvæ & in seqventibus semet adhuc apertius ostendit.

§. 26. Nunc sequuntur duo §§. justificationis negotium prin-  
cipaliter exponentes, tertius nempe & quartus. Adsunt in illis §§, qvæ,  
si absqve suco accipiantur, veram Pontif. oppositam sententiam, tra-  
duntur.



dunt, e. g. quando dicitur; quod poenitentes apprehendant misericordiam in Christo promissam, quodq; credant, justitiam, quæ est in Christo, sibi gratis imputari, imprimis quando additur: hac fide etenim justificamur --- quatenus apprehendit misericordiam ac justitiam, quæ nobis imputatur propter Christum & ejus meritum, item: reputamur justi, i. e., accepti per ipsius merita, non propter nostram dignitatem & opera. Interim & talia interserta sunt, quæ menti papistæ ac operibus in justificatione patefaciunt locum, nempe quando statim sub initium §. 3. hæc legitimus verba: *Firma est & sana doctrina, per fidem vivam & efficacem justificari peccatorem, & porro, id, quod tamen (nempe apprehensio misericordiæ Dei & acceptio remissionis peccatorum) nulli obtingit, nisi etiam NB. simul infundatur charitas sanans voluntatem, & voluntas sanata -- incipiatur implere legem, subjuncta statim hac viva fidei descriptione; fides ergo viva est, quæ apprehendit misericordiam in Christo - & quæ NB. simul -- charitatem accipit.* Item: *Fides justificationis est illa fides, quæ est efficax per charitatem. Necessaria etiam ad salvandam veritatem sufficit, quando in libro hoc additur; quod hac fide etenim justificemur, quatenus apprehendit -- justitiam, quæ nobis imputatur, non vero propter nostram dignitatem aut opera, quæ verba deinde adjiciuntur; cum hoc modo saltem ex ordine causæ meritoriae, non autem plane ex Justificationis negotio, removeantur opera. Videtur enim hoc pacto illa doctrina, ceu firma & sana esse commendata, quæ asserit, fidē vivā & efficacē i. e. quatenus charitate & operibus instructa est, justificare peccatorem, h. e. infidelem convertendū aut in peccata relapsum Deo reconciliandū, modo afferatur, opera ad promerendā Justificationē haud sufficere. Quod omnino falsissimum est; cum non operanti, sed credenti imputetur justitia fidei, ceu simpliciter dicitur Rom. IV. 15, & fides in Justificatione (non continuata fidelium, sed de novo cæpta impiorum) haud sit efficax per opera, nisi peracto Justificationis actu, Christoq; jam fiducialiter apprehenso, absq; quo, ceu vite spirituali, cui inferendi sumus, nihil possimus agere, Joh. XV. 5. Aperuit de horum assertorum sensu mentem suam, addito judicio, Card. Bell. L. II. de Justif. C. I. Controv. T. IV. p. 328, ubi ad mentem Buceri, ut ait, verba hic occurrentia conjunctionem justitiae imputativæ & inhæsivæ inferre afferit, & ad suorum hominum, nempe Pontif., seductionem ista spectasse existimat. Verba Bellarm (de quibus jam aliquatenus egimus §. 9. & 11.) sunt seqventia: *Martinus Bucerus Libro Concordiae, ut fortasse Catholicos aliquos seduceret, ut fecit, duplicem justitiam excogitavit, à qua formaliter justificemur, unam imperfectam, quæ in virtutibus in nobis inherentibus sita sit, alteram perfectam, quæ est ipsa Christi justitia nobis imputata. Quoniam enim justitia nostra nunquam talis esse potest, ut judicium Dei sustineat, ut ipse dicit, ideo necessariam esse imputationem justitie Christi, ut illa induci**



& quodammodo tecli, coram Deo compareamus, & justi pronunciemur. Hinc in libello Imperatori Ratisbonæ exhibito à Lutheranis, quorum Princeps Bucerus erat, (qua de falsitate paulo post audiemus) sic legimus in Art. V. Et si autem is, qui justificatur, justitiam accipit & habet per Christum etiam inherentem, — tamen anima fidelis hinc non innititur; sed soli justitia Christi nobis donata, sine qua nulla omnino est nec esse potest justitia. Subjungit Bellarm., eandem sententiam placuisse nonnullis Pontificiis, quam vero ipse erroris nomine insignit, sequentem in modum pronuncians: in eandem sententiam, sive potius errorem, incidit Albertus Pighius in secunda controversia, & autores Antididagmatis Coloniensis, quo circa Bucerus in libro Concordie jam citato in articulo de Justificatione fatetur, Pighii sententiam non dissentire à Lutheranorum sententia, quod attinet ad causam formalem Justificationis, sed solum quantum ad causam apprehensivam, quam Lutherani solam fidem, Pighius dilectionem potius, quam fidem, esse definit. Ita Conciliares sententiarum, dum utriq; parti placere student, neutri ex animo placent! Id solum hic monemus, si sola, à Bellarm. citata libr. Ratisbonensis spectentur verba, non posse non assensum nosmet præbere B. Gerhardo L.L. Th. T. II. de just. §. 196, quod nempe ibi sententia illa, de qua Bellarm. agit, explicite non occurrat; cum certum sit, per Christum nobis contingere justitiam inherentem, quamvis fatetur, claritatis causa addendum fuisse, fieri illud peracta justificatione.

S. 27. Eluxit circa hoc negotium ingens Electoris Saxoniae, Joh. Friderici, in retinenda verbi Dei sinceritate, constantia; quam in carcere postea suo ac ipso mortis metu, gloriosorum instar martyrum confirmavit, dignus, quem Deo chari imitentur Principes, cujusq; factum nulla unquam debeat oblivio! Vid. Sleid. Comm. L. XIX. p. 578. & L. XX. p. 632. Is itaq;, testibus actis apud Seckend., percepta à suis legatis de articulo Justificationis jam composito relatione, haud contentum femet esse formula prædicta statim demonstravit, obsecratam fuisse sententiam de sola fide, ansamq; è contrario adversariis subministratam, glorians, quod Evangelici à sua doctrina recesserint, conquestus. Scripsit vero postea ea de re ad Lutherum, & ab eo in veritate confirmatus est, ceu docet Epistola Lutheri T. VII. Jen f. 445. reperiunda, sequentibus inter alia verbis: Wird nun D.Eck bekennen/als Ers nicht thun wird/dass sie(Pontif.) zuver nicht so gelehret haben/ so möchte solche Vergleichung obenhin eine Zeitlang stehen/wird er aber rühmen/als Er gewißlich thun wird/ und auff den Spruch stehen/Gal. V. 6. Glaube ist thätig/und dass sie alle Wege also gelehret haben/so ist's eine Vergleichung/wie Christus spricht Matth. IX. ein neuer Eu h auf einen alten Rock/da der Käf ärger wird. Addit p. 448, sententiam suam esse: Dass man lasse die verordnete Rätche/ wie sie doch



Doch bisher ohndem gethan// anzeigen daß daselbst von (nempe A. Confessione & Apologia) nicht mag mit guten Gewissen gewichen werden. Adeo placuit illud Lutheri institutum alteri post ipsum celeberr. Martino Chemnitio, ut in positionibus suis Theol., Locorum Comm. T. III. insertis, n. 13. th. 17. hæc proferret verba: recte Lutherus fecit, quod in colloquio Ratisb. (scil. relecto & ponderato, cum præsens ibi non adfuerit Megalander) noluit admittere co-thurnum illum: eam fide justificare, quæ efficax sit per charitatem.

§. 28. Non resecabimus ad vivum omnes cæteras horum §. §. æqvivocationes. Paucis tantum monemus, (1) phrasin ibi reperiundam, quod regenitus incipiat implere legem, hunc posse sensum habere, quod is antea quidem ad præstandam legis impletionem haud fuerit sufficiens; verum nunc illam revera præstet, contra Rom VII. 14. seq. (2) quod ad dictum i Cor. VI. spectat, non solum τὸ sanctificari estis, sed etiam τὸ, justificari estis, de renovatione accipit, quod sane est falsissimum; cum ipsius rei natura proprietatem vocum suadeat retinere, & non minus justificatio coram Deo, quam renovatio, à Christo & Spiritu S. dependeat; sicut etiam dictum Pauli Gal. V. 6, de fide per charitatem efficace (quod implicite citatur) male trahitur ad justifi. (3) Qvando adjungitur: per inherentem justitiam eo justi dicimur, quia quæ justa sunt, operamur, addi debuisset: talem esse hanc justitiam, quæ coram Deo ad salutem nostram nihil qvicquam faciat. Observamus adhuc (4) ultimas §. III. voces: justitia nobis in Christo communicate, ita æqvivocas esse, ut de imputativa accipi possent justitia, verum nihilominus juxta §. 4. initium, de inherentे sermonem esse videri.

§. 29. Ex iis, qui adhuc supersunt, §. §., nonnulla saltem exhibebimus, nostræ vel Pontificiæ parti faventia. Sic §. 5. afferitur, quod renovatio sit imperfœcta, & hæreat in iis (renatis) ingens infirmitas, item, docendum esse, ut, qui vere pœnitent, semper fide certissima statuant, se propter Mediatorem Christum Deo placere, sicut & in §. 6. dubitationibus promissiones Christi firmiter opponenda dicuntur. Quæ quidem Papistis, ratione assertæ ab ipsis perfectionis & dogmatis dubitationis, contrariari videntur; interim tamen vox inherentis infirmitatis gravi laborat ambiguitate, cum notum sit, concupiscentiam in regenerationis reperiundam, à Pontif. haud pro vero haberi peccato, sed pro physico potius defectu. Qvinimo, quando memoratus §. 6. ita incipit: Qvoniam autem nunc perfecta certitudo in hac imbecillitate non est; his verbis ipsam dubitationis dogma, implicite videri potest stabilitum. Deinde §. 7. dicitur: homines in renovatione non debere otiosos esse, & Deum operibus promisso propter Christum—mercedem; verum statim seqv. quoq; exhibentur: docendus est populus, ut det operam huic augmento, quod quidem fit per B. O. -- à Deo mandata &



N.B. commendata, quod assertum pro fletis suis supererogationis operibus procul dubio urgebunt Papistæ. Mox seqvitur: Deum promississe B. O. mercedem, bonam rem corporis quam Spiritus in hac vita & post hanc vitam in celis, additurque quod hereditas vita eterna propter promissionem debeatur renatis, ubi voces mercédis & debiti papistico accipi queunt sensu. Apologia certe p. 132. haud concedit talern operum utilitatem, quæ constituit nobis Deum debitorem gratias. Ad iicitur porro: opera fieri à spiritu S., qui habitat in nobis; concurrente libero arbitrio, tanquam partiali agente, ubi vocem, liberi arbitrii pro libitu in partes suas vocare possunt Felagii filii. §. 8. asseritur, quod major felicitas futura sit eorum, qui majora fecerunt, propter augmentum fidei, ubi vox propter ad causam meritoriam potest trahi. Ultimus demū §. de phrasib: sola fide, fallaci modo differit, ut quidem particula sola non absolute rejiciatur; tacite tamen incusari videantur Nostrates, acsi de operibus hactenus negligenter & male docuissent, & phrasin incommodam tam strenue defendissent. Deinde propter adjunctam vocem: quod simul de B. O. doceri debeat, concursus operum ad ipsum Justificationis negotium reqviri potest, cum tamen accurate docendum fuisset: doctrinam de antecedente contritione & subsequente novæ obedientia, suo quidem loco sedulo inculcandam esse, vid. F. C. Art. III. p. 386, interim tamen solam fidem esse illud medium sive instrumentum, quo justificamur, ibid. p. 584.

§. 30. Sicut vero, testibus actis apud Seckend. iam saepius laudatis, ingens ad Electorem Sax. in fucatae Concordiæ Ecclesiasticae casas pertrahendum, adhibitus est labor; ita gravem pariter sensit tentationem B. Luth., peculiari Principum nonnullorum Imperii, qui mediatores esse volebant, legatione, ut non solum articulum de justif., cum reliqvis ita dictis conciliatis, approbaret; sed & ad reliquos libri citati art., qvibus contradixerant Protestantes, componendos vel saltem tolerandos, consilium subministraret, humannissime rogatus. Cognosci aliquid ea de re potest ex Luth. T. VI. Jen. Germ. f. 242. sub rubro: Etlicher Fürsten/sonderlich von Anhalt/ stattliche Werbung an D. M. L. von wegen der Religions- & Vergleichung. Recensetur ibi, quod Elector Brandenb. ut & Marchio Georgius Principem Johannens (scil. vi rubri, Anhaltinum) una cum Principe Georgio Anhaltino celeberr. Präposito Magdeb. aliisque Legatis ad Lutherum miserint, data hac instructio. f. 441. seq. So zweiffelten Hochgedachte Thür- und Fürsten nicht/der Doctor Enempe Luth., de quo ante a dixerant: Dass er durch göttliche Gnad u id Erleuchtung am ersten diese Lehre wieder an den Tag gebracht/wurde/hierinnen nichts erwiedern lassen/und neben ihnen/die es herzlich treu meynnen/das beste fördern/und so es ja zur endlichen Vergleichung nicht

m 9:



möchte Pontificen, daß gleichwohl die verglichene Articul bleiben und die andern mit einer bequemen Maß aufgeshoben werden. B. vero *Lutherus*, blanditiis nihil motus ac in veritate coelesti constantissimus, vi resp. sue fol. 443. seq. exhibet, moderatissimi pariter ac divinæ gloriæ amantissimi Theologi præbuit exemplum. Imperatorem enim ac omnes reliquos, non ad vim, sed concordiam procurandam propensos, quam maxime laudavit, summi Numinis illis appetatus gratiam; verum nihilominus nullam, nisi verbo Dei conformem; admitti posse pacem; eamq; ob causam cum veris Pontificis asseclis, antiquum semper obtinentibus, ad sinceram pervenire concordiam, impossibile esse, ostendit. Qvod ad articulos spectat, *non-conciliatos* verbo Dei è diametro adversari, *conciliatos* autem ambiguitate laborare demonstrat. Digna sunt, quæ l. c. legantur verba. Et hanc de splendida Principum legatione ad Lutherum, & sincera *Lutheri* responsum relationem, quam præterire solent Historiographi, dignam aestimat celeb. Seckendorff. L. III. §. 88. p. 361, quæ summa cum attentione consideretur: cum vix *Actorum Lutheri* exemplum occurrat, ex quo tot ejus virtutes testimonium accipiunt, modestia nempe, prudentia atque imprimis *constantia*, eo magis laudanda, quo certius constat, non minoris animi esse, blandimentis, quam minis resistere. De Procerum ablegantium consiliis ita judicat vir prudentissimus, qvod ex bona quidem procul dubio egerint mente, sed calliditati adversariorum fuissent suscubituri, si *Lutherus* in articulis controversis cessisset, & pallias conciliaciones acceptasset; cuius rei exemplum extemporibus Interimisticis adest manifestum.

§. 31. Hoc facto Elector Brandenburgicus, juxta Seckendorff. §. 89, novum conciliationis schema die 11. Junii proposuit, plenum variis circumlocutionibus & emollientibus, qvod tamen haud secus ac alterum est rejectum; omnibus tandem (non excepto Bucero, multo minus Melancht.) consentientibus, insistendum esse contradictioni, erga articulos non-conciliatos exhibete, & articulos, qui conciliati videbantur, declaratione egere. Perspicimens Nostratum potest ex Responsum Principum ac statuum conjunctorum A. C. de libro exhibito die 11. Julii P. IV. Opp. Melancht. p. 750. seq., in qua hæc leguntur ad institutum nostrum pertinentia verba: *Intelligimus in libro* (Ratisb.) *quosdam articulos* *judicio* *collocutorum* *videri conciliatos*, *quosdam vero* *reprehensos*. *Diligenter expendimus eos*, *qui dicuntur conciliati*, *quales sunt* —— *de Justificatione*, —— & *optaremus*, *doctrinam* *sinceram* *de gratia Christi* & *de Justitia fidei* *propagari* *in Ecclesiis*, *quam cum articulo* *in libro* *breviter* *comple-*  
nus *sit*, *si hec agitur*, *ut saluti animarum* & *concordia* *consulatur*, *erit explicatio* *addenda*, *ne brevitas* *aut* *ambiguitas* *pariat* *nova certamina*. *Nam nos* *quidem* *articulos* *illos* *sic intelligimus*, *ut res eadem* *in* *Nostra confessione* & *Apo-*  
F 3 *logia*



legia traduntur. Paulo post p. 753. rubrum reperitur seqventis tenoris : *in conciliacis articulis annotata aut omissa, & sub illo Nostrates, cum ad locum de Justificatione pervenissent, mentem suam hoc modo exponunt : In articulo de Justificatione, ubi dicitur: per fidem efficacem, intelleximus, id à quibusdam ita depravari, ut interpretentur: efficaci fide : id est, operante fide, hoc est, fide cura operibus, justificari hominem. Jam si articulus hoc modo depravatur, necesse esset, nos reclamare. Nostris, cum dixerunt: viva seu efficaci fide, significarunt, se loqui non de sola notitia historiæ, qualis est etiam in impiis, sed de fiducia, apprehendente misericordiam propter Christum promissam, & erigente perterrefactas mentes. ---- Ergo, ne ambiguitas discordias pariat, aut hæc declaratio addenda videtur, aut eximendum vocabulum: efficax. Et ut de hoc loco magis solliciti simus, móvemur eò, quia in hac urbe (Ratisb.) etiam post colloquium, editæ sunt propositiones, quæ aperte damnant nostram sententiam, quæ est haud dubie vox Evangelii, de fide justificante, & opponunt vulgarem persuationem : sola dilectione sumus Deo accepti. Hoc qvid aliud est dicere, quam quod non propter Christum, sed propter propias virtutes seu opera homo sit acceptus DEO. Neque de sola hoc formula monita sua addiderunt prælaudati A. C. Status, verum & alia subjunxerunt, hunc in modum paulo post concepta : *In secunda parte art. de justificatione, doctrina de B. O. longius explicanda est, cum -- clare dicendum sit, renatos in hac vita nunquam satisfacere legi DEI. Querunt piæ mentes, quomodo placeant DEO? ---- Hic igitur taxanda est arrogantia & hypocrisis, quæ ignorans doctrinam de fide in Christum, admiratur sc̄e, & putat, propriam munditiem seu perfectionem esse premium vita æterne. Et porro : Rursus pii consolandi sunt, ut certo statuant, primum personas DEO placere fide propter Christum, non quia legi DEI satisfaciunt; deinde & hanc inchoatam obedientiam, quam sequi necesse est, placere DEO; ---- confidant etiam, non quia legi satisfaciunt, sed propter Christum, ipsis, cum fide justificati sunt & hæredes facti, certo dari vitam æternam. Item: adjicendum est discrimen peccatorum, propter quæ non amittitur gratia, & aliorum, quæ excutunt gratiam & Spiritum S. Tam varia circa articulum de justificatione jam conciliatum (ut vocabatur), à Nostris t. t. adjecta sunt monita. Neque aliter sententiam suam in privatis scriptis exposuit Melanchton, e.g. Pref. Libro Ratisbonensi præmissa Opp. P. IV. f. 696, ubi expresse profitetur: fucus ejusmodi conciliationibus Ecclesiae commodum ac pacem haud promoveri, quod etiam in Epistolis ad Camerarium non sine indignatione exponit. Pari modo in relatione germanica de Colloquio Ratisb., quæ reperitur in den Berahzschlagungen und Bedenken Philippi Melanchton, ex edit. D. Christoph. Pezelii, p. 157, varia in prædicto Ratisb. Libro desiderat Melanchton, ad justificat. pertinentia, inter alia asserens: es ist der Articul unvolkommen / und noch nicht**



nicht gänzlich verglichen / wie die Herren Collocutores des andern Theils (Pontif.) Herr Julius und Herr Gropperus, selbst vor Kaiserlicher Majestät gemeldet / daß von nöthen / diesen Artikel länger zu erklären zu Noth durft ihrer Kirchen.

S. 32. Neq; enim putandum est, omnia, prout in libro isto Ratisb. sunt conciliata, placuisse Pontificiis. De *Julii Pflugii* & *Gropperi* monitis modo di-  
xiens, qvi tamen nihilominus juxta Raynaldum, ex Archivis Vaticanis de-  
rebus Ratisbonæ gestis referentem, apud *Seckend. Hist. Luth.* P. III. pag. 368;  
traducti sunt, qvod ferè faverent hereticis. Eccius enim, cum aliquo tempo-  
re fuisset ægrotus, consensum sicut factis declarationibus haud præbuuisse, pro-  
fessus est, juxta *Sleidanum Comm. Rel. L. XIV.* p. 388. Qvinimo Romæ neLe-  
gati quidem Papalis, *Contaren*, actio in totum fuit approbata. Qvia enim vo-  
cabula quædam essentialia, qvibus Papistæ ad exprimendam mentem suam uti  
consueverunt, in Libro Ratisb. suppressa erant, e.g. vox meriti respectu B.O., qvæ  
Maimburgiis sunt asserta H, L.L.III. sect. 22, eo res pervenit, ut maxime ob hanc mo-  
derationem, Legatus ille à Cardinali Caraffa prodite Ecclesia fuerit accusatus, &,  
cum ob bonam pro Papismo intentionem per alios defenderetur, à Papa vix  
pro excusato habitus, juxta eundem Maimburg. l. c. Haud mirum igitur vide-  
ri poterit, qvod finito colloquio, Contarenus Articulos, qvi conciliati voca-  
bantur, haud voluerit approbare, sed Papæ potius arbitrio omnia subjecerit,  
prout videri potest ex *Responsis* ipsius de actis colloquii P. IV. Opp. Melancht.  
sub tit. *Acta Wormatiensia* ( per errorem nempe, cum res pertineat ad *Acta*  
*Ratisbonensi*) p. 693. seq. insertis. Imprimis autem confusus fuit Carolus V.  
Imperator, juxta Maimburg. l. c. sect. 23, qvod Ordines Imperii longius à con-  
cordia abesse cerneret, qvam Theologos, qui colloqui erant. Nam Imperator  
quidem his articulis ad Concilium usq; standū esse putabat, recensente Maimb.,  
adeo ut ipse juxta B. Chytraum in Orat. de Carolo V. pag. 38, imprimis ob Ar-  
tic. de Justif. latatus sit; teste qvoq; eventu, cum morti vicinus propensum.  
erga doctrinam nostram de justificatione animum declaraverit: Electores quo-  
que Pontificii non minus cupiverunt retineri articulos istos, teste *Responsa*  
iporum apud Melancht. l. c. p. 6. 9. Verum Principes Pontificii in alia omnia  
ivere urgente id imprimis Episcoporum, Principibus intermixtorum, multi-  
tudine. Eum in finem apud Melanchtonem l. c. pag. 190. seq. integrum le-  
gi potest *Responsum Principum*, qui Romanum Pontificem agnoscunt, in qvo  
illi pag. 691 aperte, maximopere, inquit, necessarium erit, ut ab utraq; par-  
te denuo liuantur, qvi novo colloquio & disp. excutiant omnia. Extant enim  
verba in scripto Ratisb.) commemorato, qvæ non sunt consentanea con-  
suetudini Ecclæ & formis loquendi à Patribus usitatis. Ad hæc insunt scri-  
pto dogmata quædam minime admittenda.

§. 31.



§. 33. Secutum deniq; est Imperatoris edictum die 28. Julii, in quo statuit, ut omnia, que -- acta essent, ad concilium -- differentur. Interim Protestantes articulos, de quibus conventum erat, servarent, nihilque innovarent juxta Maimb. H. L. Lib. III. Sect. 13. Verum, qvia hoc edictum sine manifesto cause sue dannatio admittere haud poterant Protestantes; ad ipsorum instantiam sufficientem iis tradidit declarationem privatam, de qua breviter agit Sleidanus L. XIV. p. 339, aculeate Maimburg. I. c., explicatus veriusq; Seckendorff pag. 366. Sed audiemus de explicatione Decreti, in quantum ad nos pertinet, differentem Seckendorff, quando l. c. ita loquitur: *Quod in decreto praecepitur Evangelicis, ut articulos concordatos servarent, id intelligendum statuit Caesar secundum explicationem Theologorum A. C. Sic prospectum est cavillo in Articulo de Justificatione aliisque, in quibus recessisse à sua doctrina videri possint Evangelici.* Ita tandem, superatis maximis periculis, in antiquo vigore permanet vera A. C. de Justificat. doctrina.

§. 34. Evidem porro Ao. 1545. Imperator, cum Concilium Tridentinum esset congregandum, à Protestantibus, ut Concilio isti controversias de religione submitterent, postulavit. Sed qvia hi contra Concilium Trident. in quo Papa (anti christianismi reus) praeses esse volebat, protestabantur, Ao. 1546, Ratisbona iterum ex voluntate Cæsaris, Nostros inter, nempe Bucerum, Brentium, Majorem & Snepfium, ac Pontificios, Malvendam, Billuchium Hoffmeisterum, ac Cochlaum institutum est colloquium. Sed ibi Pontif. nullatenus ea, qvæ Ao. 1541. acta erant, attendebant, propositis à Malvenda in colloquii materiam IX. thesibus (qvas una cum Melancht refutatione P. IV. Opp. p. 542. videre licet) plane papistieis, iniquisq; suis postulatis eo rem deducebant, ut Nostrates, nihil cum successu agi posse, perspicentes, dominum repeterent, vid. Seckendorff. H. L. P. III. pag. 628. Porro vicitis à Cæsare, in bello Smalcaldico Protestantibus, auspiciis ejus à Mich. Sidonio, Jul. Pflugio & Agricola Ao. 1548. conscriptus est libellus, qvi Interim reportavit titulum, qvia ad Concilii usq; determinationem saltem valere debebat, ab Osiandro Epit. Hist. Eccles. sec. XVI. insertus; cuius de justificatione doctrina ita comparata est, ut illam laudatus vir confusionis Babyl. nomine insignire haud dubitaverit. Vid. etiam F. C. p. 683. coll. p. 694. 695. Expressis enim verbis sub tit. de Justif. in illo assertur, concurrere Christi meritum & justitiam inherenter. Et sub titulo: de modo, per quem homo Justificationem accipit, hæc legitur formula: fides impetrat donum Spiritus S., quo diffunditur charitas in cordibus nostris. Qvae quatenus ad fidem & spem accedit, eatenus per justitiam inherenter vere justificamur. Hec enim justitia fide, spe, charitate ita constat, si aliquam harum justitiae huic subtraxeris, eandem ipsam mancam plane reliqueris.



liqueris Tunc Elect. Saxon., Mauriti, Theologi interque eos Melanchton, conscripta Lipsiae religionis formula, sub nomine *adiaphororum*, in quibus adversariis cedi posse putabant, à sinceritate doctrinæ in art. justificat. recesserunt, hominem NB. precipue justum & acceptum esse coram Deo fide, ideoque se pro particula: sola, haud pugnare, econtrario, B. O. ad salutem necessaria esse, adstruentes, vid. Osiand. l. e. p. 504. seq. Nihilominus præter Electorem Fab. Frider. captivum, ejus filii in veritate perstiterunt, erecta in veritatis tute-  
lam nova Acad. Jenensi Magdeburgenses quoque ingentem, ob fortē veri-  
tatis defensionem, nacti lunt famam, vid. Sleid. L. XXI. p. 665. & L. XXII.  
p. 724, quorsum etiam facit scriptum trium Ministeriorum, Lubec., Ham-  
burg. & Luneburg. Cum vero Cæsar 1550. de novo, ut omnia subjicerentur  
Concilio Trident. redintegrato, quod jam Ao. 1674. veram Aug. Conf. de justif.  
doctrinam, habita d. 6. Jan. sessione rejecerat, mandaret, jussu Mauriti à  
Melanchtone confessio, quæ Saxonica dicitur, confecta est, in qua Tridenti-  
na Decreta jam contra nos formata improbantur, & ad A. C. 1530. exhibi-  
tam provocatur. Eodem tendit Confessio Würtenbergica, jussu Ducis Wür-  
tenburgensis conscripta, & Ao. 1552. d. 24. Jan. congregati Conclit Tri-  
dentini: (prout in titulo legitur) proposita est, vid. hujus prefat. Utraq; videri  
potest in corpore Confessionum fidei à Calvinianis edito, quamvis (quod  
obiter addimus) hinc appareat, eas confessiones, si ad normam veræ Con-  
fessionis Aug. Ao. 1530. intelligendæ sunt, ipsis Calvinianis revera contrariarī.  
Exorto interea Imperatorem inter ac Mauritium bello, institutaq; pacis  
tractatione, secuta est, adhuc 1552, transactio Passavensis, ejusque 1555.  
plena confirmatio in pace religionis, ubi expresse sancitum est, ne A. C. Se-  
ciis ulla religionis causa crearetur molestia, addita quoque hac clausula,  
ut qui non essent alterius religionis, (Augustana Confess. vel Pontific: ) hac  
in pace non comprehendenderentur. Interim nihilominus postea 1557, ju-  
xta decretum comitiale, Wormatia colloquium Nestros inter ac Pontifici-  
os institutum est, in quo fieret sive veritatis inquisitio sive in aliquibus  
controversiis conciliatio, quæ verba sunt Melanchtonis Opp. Part. IV. pag.  
797. Cum vero præter Theologos Saxonicos Electorales speciatimque  
Melanchtonem, adessent etiam Snepfius aliique Theologi Ernestina linea;  
(sive Ducales, ) hi postularunt ab illis, ut ante disputationes cum Pon-  
tificiis, in aliquot punctis consensus fieret domesticus firmaque contra  
ingruentes errores declaratio, e. g. circa doctrinam, quam hic con-  
sideramus, de justificatione, contra Osiandum, justificari nos per ju-  
G titiam



Ittiām, non imputatam sed DEI essentialem, qvæ in nobis habitare afferentem, item contra Adiaphoristas ac Majoristas necessitatem B. O. ad salutem adstruentes &c. Sed qvia scopum obtinere haud poterant, interposita protestatione domum sunt reversi. Itaqve Pontificii ab iis ex Protestantium parte, qvi remanserant, tū ad istorum protestationem responderent, postularunt. Qva de re conferri meretur celebret. Dn. D. Valentin. Ernest. Löſcherus, *In der aussführlichen Historia motuum Part. II. Lib. IV. Cap. III. §. 4. pag. 140. seq.* Eam ob causam secuta sunt scripta quedam, l c. Melancht. reperiunda, in qvibus ille de adversariorum Pontific. iniqvitate conqueritur, qvod nempe solam scripturam pro norma nolint agnoscere vid. pag. 798. coll. pag. 792, & inter nos dissidia serere conentur, pag. 804. Porro post protestationem contra Pontificios pag. 804. seq., & petitiores dimissionis pag. 805, subiectum est scriptum, sub tit.: *Formula Concordie de controversis articulis à pag 807. usqve 812.* seqventibus verbis inchoatum: *DEO juvante, pium consensum in Ecclesiis nostris omnibus fideliter tueri volumus, juxta Confessionem Augustæ exhibitam, & Apologiam & articulos à Luthero scriptos, qvibus addite sunt subscriptiones in conventu Smalcaldensi.* Rejicitur ibi pag. 808. error Schwenckfeldii, qvi scripsit: *non recte doceri in Ecclesiis nostris, renatos non posse satisfacere legi DEI.* Speciatim docetur ibidem & pag. 809. de justificatione his verbis: *Pie ac constanter retinemus propositionem sola fide coram DEO justificamur, & hanc propositionem intelligimus & declaramus, juxta consensum perpetuum, traditum Propheticis & Apostolicis scriptis: Quod homo in conversione ex iusto fiat iustus, i. e., ex reo habens remissionem peccatorum, reconciliatus & acceptus DEO ad vitam eternam, per misericordiam gratis proprie filium Mediatorem filium DEI, sola fide, i. e., fiducia Mediatoris juxta promissionem, que fides nititur obedientia Mediatoris, propter quem persona credens iam est iusta, i. e., habens remissionem, & reconciliata & accepta DEO justitia imputata, sicut Rom. IV. dicitur, &c.* Porro antitheos fit mentio pag. 809. his verbis: *Nec recipimus Synecdochen Origenis, Monachorum, Papistarum, Libri Interim, Stenckfeldii, Ofiandri, Func- ci & aliorum, qui sic interpretantur propositionem: Fide justificamur, scilicet preparacione, ut simus deinde alia re iusti, id est, accepti coram DEO, scilicet, novitate seu dilectione, seu inherentे justitia essentiali.* Tum pag. 810. approbantur confessiones, que contra librum Interim in Ecclesia Hamburgensi edita sunt. Mox rejiciuntur Antinomi, asserturqve: *retine*

M168


mus hanc propositionem: bona opera sunt necessaria, additæ quoque pag.  
git. utilissima declaratione: Sed hac forma verborum non uitimur:  
Bona opera sunt necessaria ad salutem seu ad vitam eternam, allata  
ratione: ut vitetur ambiguitas, item; rursus etiam velimus ab aliis o-  
mitti falsas hyperbolas, qualis est, B. O. --- officiunt salvi, quia con-  
mitantur ea superbia & vana confidentia, subiecta ratione, quia hoc ma-  
la accidunt per accidens. Et hoc ipso tam Georgii Majoris, quam Ams-  
dorffiana reprobantur asserta. Pariles circa alios articulos reperiuntur,  
declarationes haud inutiles, suo loco reservandæ. Non possumus hac  
occasione præterire laudabilem Ducis Megapolitani in reducendis ad veri-  
tatem Osiandristis Prussicis operam, quam Sleidanus ad annum 1556. Com-  
ment. de stat. Rel. L. XXVI. pag. 864. refert seqq. verbis: Johannes Alber-  
tus Dux Mecklenburgius, Prussiæ Ducis gener, eleganter doctus Princeps, pro-  
fectus illuc (in Prussiam) adhibitis viris literatis, Johannem Funcium, qui " "  
primus erat inter Osiandricos, eo rededit, ut & errorem suum agnosceret, "  
& id profiteri palam, inque posterum justa C. A. velle se docere, confirma- "  
ret. Qyum idem alii ficerent, redditum est in gratiam cum cæteris Theo- "  
logis & pacatus fuit Ecclesie status.

§. 35. Qvia vero, non servata ista Conc. formula, errores postea in Eccle-  
siis nostris serpebant, & propter hominū erroribus faventium, astum & ca-  
namina sincera A. C. doctrina hinc inde suppressebatur, unde Pontificii de dis-  
sensu nostro & recessu ab A. C. undiq. clamabant, eqvidē Ao. 1558 Francof. ad Ma-  
num, oblata Comitiorum occasione, de consensu stabilendo actum est, & postea  
1561. Numburgi in Thuringia celebris Statuum conventus adornatus, Vid. Praf.  
Conc. A. 8. §. qva sane, it. §. & quidem, in quo testantur Status Protestantes,  
(qvorum subscripta sunt nomina) qvod ipsi A. conf. Imperatori - 1530. obla-  
tam in manus sumperint, & pia illi confessioni --- tum una mente omnes sub-  
seriperint. Loquendo nimirum de mente Statuum, suam in eadem veritate  
constantiam declarandi. Non negandnm tamen est, bonam illam intentio-  
nem, astutia qvorundam, Calvinismo faventium inter qvos erant duo Can-  
cellarii, Ehem & Cracovius, valde obscuratam fuisse, confessa nova præ-  
fatione, Cæsari cum ipsa Confessione (ex editione Wittenbergensi Ao. 1531.)  
offerenda, in qua, præter qvam qvod de Electore Palatino traderetur, ipsum  
hactenus haud aliam, qvam A. C. doctrinam tolerasse, asserebatur: Die von  
Melanchton geänderte Confession sey etwas statlicher und ausführlicher  
wiederholet / auch aus dem Grund heiliger Schrift ausgeführt  
und gehyrret / qva de re yideri potest D Hoennii Historie des Nauhburg-  
gischen

gischen Convents ed. A. 1704. pag. 103. & Dn. D. Löfcher in der ausführlichen Historia motuum P. II. pag. 203. seq., sicut & eadem vocata est, die verbesserte apud Hoennum pag. 106. & Löfcher. l. c. Eam ob causam non solum Johannes Fridericus Dux Saxonie, sed etiam alii, scil. Saxonie inferioris, Status, cum Theologis orthodoxis præfationem istam approbare laudabiliter recusarunt. Vid. Löfcher. l. c. pag. 204. it. Carpzovius in Isag. p. 23. Seqvebatur exinde, ut suscepæ conventiones, non modo eum qui expetebatur, finem, & pacificationem non sint asecuta; Sed ex iis etiam, à qui busdami patrocinium erroribus & falsis dogmatibus quæsum sit. vid. Præf. Conc. Nimirum ansam se dilatandi sic accepit Calvinismus, una cum aliis erroribus, qui nostro justificationis articulo ex parte sunt adversi.

S. 36. Haud inconvenienter igitur dici potest, Formulam Concordia, in Melanchtonis scriptis reperiundam, addito imprimis consilio Melanchtonis, ( quando is in Respons. ad criminationes Staphili Opp. Part. IV. pag. 822. seqventia profert: Quod autem semper optavi, ut de omnibus doctrina membris curarent Noſtri, re deliberata, à precipuis Doctoribus edito commune scriptum, quod ad totam posteritatem de consensu piorum illustrare & firmum testimonium effet, idem nunc quoque opto, ) stratam quasi viam ad assumendam ambabus manibus Concordia Formul. κατ αξονη ita dictam, quæ à loco conscriptionis ultimo Bergensis vocari solet, exhibere. In ea enim, præter alios errores qui nempe ad nostrum haud spectant articulum, Osiandistarum quoque Majoristarum Interiministarum ac Antinomorum in Artic. justificationis, salatis ac B. O. controversiæ ex verbo DEI soperitæ sunt ac ex medio sublatæ, eo nimirum fine, ut & veritas stabiliretur, & adversariis occasions & prætextus ad calumiam quæsiti præcidentur & eriperentur. Qvibus verbis utitur saepe laudata ejus præfatio B. 1. §. Principio, addita prope finem laudabili hæc statuum. Protest. declaratione, se ne latum quidem ungvem vel a rebus ipsis vel à phrasibus -- velle discedere, sed juvante Domini Spiritu, -- in pio hoc consensu perseveraturos esse. Qvare hinc genuinam Evangelicorum mentem esse petendum, neque ad syncretisticas conciliationes confugere licet, abunde constat.

## SOLI DEO GLORIA.



*Ad Clarissimum*

## DN. RESPONDENTEM.

**D**um illum Augustanæ Confessionis articulum, qui unicum immotumq; toti saluti nostræ fundamentum præbet, sub accuratius examen revocas, & qvod in eodem integro illæsoq; servando vires suas omnes qvacunq; occasione nostri impenderint, ne adversariorum vafrities de ejus sinceritate qvidqvam delibaret, curola omnino laudabiliqve diligentia adlaboras, optime ELVERS, eo majori promptiorique voluntate, Tibi gratulor, qvo magis industrium indefessumqve scholarum mearum Te auditorem ex multis annis habui, Teqve eo nomine semper colui & amavi. Faxit DEUS, ut & hoc diligentiaz Tuæ specimen Patronos Tibi conciliet begninos, & donis Tuis singulari animi Tui diligentia acquisitis fructum aliquando Ecclesiæ Patriæ adferas nunqvam pœnitendum. Scrib. V. Decembr. M. DCC XI.

JO, FECHT, D.



Nobilissimo, Clarissimo atque Doctissimo

# DN. RESPONDENTI,

Amico atque Affini dilectissimo

S. P.

**S**cientiam Theologicam per Dissertationes publicas es-  
se confirmandam, non tritum magis est, quam verum  
divinæ hujus disciplinæ Doctorum effatum. In talium  
enim scriptorum elaboratione haud vulgarem reqviri  
materiæ propositæ considerationem & Authorum tam ex  
nostra quam adversariorum parte exactam collationem, ac-  
cedente etiam publica, cuius ope divina veritas ab anxie-  
qvæsito veritatis fuso haud difficulter potest discerni venti-  
latione, in aprico est positum. Eum in finem Tu quoque,  
*Amice dilectissime*, post studia Theologica jam multos per  
annos sub felici Doctorum Tuorum ductu qva de re meum  
præ aliis testari potest auditorium, qvod à primæ vitæ Tuæ  
Academicæ spatio ad hunc usqve annum visitare consue-  
visti, laudabiliter gesta, de perlustrando mecum in Dispu-  
tationis materiam Articulo de Justificatione, gravissimo sa-  
ne ac utilissimo, cogitare cœpisti. Pervolvisti mecum rari-  
orū ad scopum nostrum facientia scripta, in elaboratione  
nunquam à me recessisti, jamqve, D. J., ad defendendas  
positiones nostras rite temet confers. Deum igitur T. O.  
M. ut Spiritus sui Sancti gratia perpetuo Tibi assistat, & fe-  
licem studiorum portum optato tempore ostendat, ex ani-  
mo precor. Hujus Summi Numinis favore nixo TIBI de-  
Patronis constantibus haud erit dubitandum, & ego de Tuo  
incremento prosperitateqve, ut & præstantissimi Dn. Paren-  
tis Tui gaudio, Familiæqve florentissimæ splendore, enixe  
mihi, ut confuevi gratulor. Vale. Scrib. Rostoch d. XIV.  
Decembris. 1711.

PRÆSES.



titiam, non imputatam sed DEI essentialem, quæ in nobis habitaret, afferentem, item contra Adiaphoristas ac Majoristas necessitatem B. O. ad salutem adstruentes &c. Sed quia scopum obtinere haud poterant, interposita protestatione domum sunt reversi. Itaque Pontificii ab iis ex Protestantium parte, qui remanserant, ut ad istorum protestationem responderent, postularunt. Qva de re conferri meretur celeberr. Dn. D. Valentin. Ernest. Löscherus, *In der aufführlichen Historia motuum Part. II. Lib. IV. Cap. III. §. 4. pag. 140. seq.* Eam ob causam secuta sunt scripta quadam, l c. Melanct. reperiunda, in quibus ille de adversariorum Pontific. iniqvitate conqveritur, quod nempe solam scripturam pro norma nolint agnoscere vid. pag. 798. coll. pag. 792, & inter nos dissidia serere conentur, pag. 804. Porro post protestationem contra Pontificios pag. 804. seq., & petitionem dimissionis pag. 805, subiunctum est scriptum, sub tit.: *Formula Concordie de controversis articulis à pag. 807. usqve 812.* seqventibus verbis inchoatum: *DEO juvante, pium consensum in Ecclesiis nostris omnibus fideliter tueri volumus, juxta Confessionem Augustæ exhibitam, & Apologiam & articulos à Luthero scriptos, quibus addita sunt subscriptiones in conventu Smalcaldensi.* Rejicitur ibi pag. 808. error Schwenckfeldii, qui scripsit: *non recte doceri in Ecclesiis nostris, regnatos non posse satisfacere legi DEI.* Speciatim docetur ibidem & pag. 809. de justificatione his verbis: *Pie ac constanter retinemus propositionem sola fide coram DEO justificamur, & hanc propositionem intelligimus & declaramus, juxta consensum perpetuum, traditum in Propheticis & Apostolicis scriptis: Qvod homo in conversione ex iniquo fiat justus, i. e., ex reo habens remissionem peccatorum, reconciliatus & acceptus DEO ad vitam eternam, per misericordiam gratis propter suum Mediatorem filium DEI, sola fide, i. e., fiducia Mediatoris juxta promissionem, quæ fides nititur obedientia Mediatoris, propter quem persona credens iam est justa, i. e., habens remissionem, & reconciliata & accepta DEO justitia imputata, sicut Rom. IV. dicitur, &c.* Porro antitheses fit mentio pag. 809. his verbis: *Nec recipimus Synecdochen Origenis, Monachorum, Papistarum, Libri Interim, Stenckfeldii, Ofandri, Funcii & aliorum, qui sic interpretantur propositionem: Fide justificamur, scilicet preparatione, ut simus deinde alia re justi, id est, accepti coram DEO, scilicet, novitate seu dilectione, seu inherentे justitia essentiali.* Tum pag. 810. approbantur confessiones, quæ contra librum Interim in Ecclesia Hamburgensi edita sunt. Mox rejiciuntur Antinomi, asserturque: *retine*

W116



mus hanc propositionem: bona opera sunt necessaria, additā qvōqve pag.  
gir. utilissima declaratione: Sed hac forma verborum non utimur:  
Bona opera sunt necessaria ad salutem seu ad vitam eternam, allata  
ratione: ut vicietur ambiguitas, item; rursus etiam velimus ab aliis o-  
mitti falsas hyperbolas, qualis est, B. O. --- officiunt salati, quia co-  
mitantur ea superbia & vana confidentia, subiecta ratione, quia haec ma-  
la accedunt per accidens. Et hoc ipso tam Georgii Majoris, qvam Ams-  
dorffiana reprobantur asserta. Pariles circa alios articulos reperiuntur,  
declarations haud inutiles, suo loco reservandae. Non possumus hac  
occasione præterire laudabilem Ducis Megapolitani in reducendis ad veri-  
tatem Osiandristis Prussicis operam, qvam Sleidanus ad annum 1556. Com-  
ment. de stat. Rel. L. XXVI. pag. 864. refert seqq. verbis: Johannes Alber-  
tus Dux Megelburgius, Prussiæ Duci gener, eleganter doctus Princeps, pro-  
fectus illuc (in Prussiam) adhibitis viris literatis, Johannem Funcium, qui  
primus erat inter Osiandricos, eo redigit, ut & errorem suum agnosceret,  
& id profiteri palam, inqve posterum iusta C. A. velle se docere, confirma-  
ret. Qvum idem alii facerent, redditum est in gratiam cum cæteris Theo-  
logis & pacatus fuit Ecclesiæ status.

§. 35. Qvia vero, nec servata ista Conc. formula, errores postea in Eccle-  
siis nostris serpebant, & propter hominū erroribus faventium, astum & ca-  
nmina sincera A. C. doctrina hinc inde supprimebatur, unde Pontificiū de dis-  
sensu nostro & recessu ab A. C. undiq. clamabant, eqvidē Ao. 1558 Francof. ad Ma-  
num, oblata Comitorum occasione, de consensu stabilendo actum est, & postea  
1561. Numburgi in Thuringia celebris Statuum conventus adornatus, Vid. Praef.  
Conc. A. 3. §. qva sane, it. §. & qvidem, in quo testantur Status Protestantes,  
(qvorum subscripta sunt nomina) qvod ipsi A. conf. Imperatori -- 1530. obla-  
tam in manus sumpserint, & pia illi confessioni --- tum una mente omnes sub-  
seriperint. Loquendo nimirum de mente Statuum, suam in eadem veritate  
constantiam declarandi. Non negandnm tamen est, bonam illam intentio-  
nem, astutia qvorundam, Calvinismo faventium inter qvos erant duo Can-  
cellarii, Ehem & Cracovius, valde obscuratam fuisse, confecta nova præ-  
fatione, Cæsari cum ipsa Confessione (ex editione Wittenbergensi Ao. 1531.)  
offerenda, in qva, præter qvam qvod de Electore Palatino traderetur, ipsum  
haec tenus haud aliam, qvam A. C. doctrinam tolerasse, asserebatur: Die von  
Melanchton geänderte Confessiōn sej etwas stattlicher und ausführlicher  
wiederholet / auch aus dem Grund heiliger Schrift ausgeführt  
und gehobet / qva de re videri potest D. Hoennii Historie des Nauimbur-  
G 3 gischen

